

~~11. Dez. 1954~~



DISSERTATIO IN AVGVRALIS
MÉDICA
DE
MATRIMONIO
MVLTORVM MORBORVM
REMEDIO

QVAM
INDVLTV
GRATIOSI MEDICORVM ORDINIS
PRO
GRADV DOCTORIS
SVMMISQVE IN MEDICINA HONORIBVS
IVRIBVS PRIVILEGIISQVE DOCTORALIBVS
RITE CAPESSENDIS
PVBLICO ERVDITORVM EXAMINI
OFFERT
IOANNES GEORGIVS KRVNITZ^e
BEROLINAS.

AD. D. XXV. IVL. c1o1occcxxxviii.



TRAIECTI FRANCORVM PROPE VLADRVM
PRELO IOANNIS CHRISTIANI WINTERI
ACADEMIAE TYPOGR.



VIRO
EXCELLENTISSIMO, EXPERIENTISSIMO
ATQVE DOCTISSIMO,
DOMINO
GEORGIO GOTTLOB
RICHTER,

PHILOSOPHIAE AC MEDICINAE DOCTORI,
POTENTISSIMI MAGNAE BRITANNIAE REGIS
A CONSILIIS AVLAE,
AC VALETVDINIS TVENDAE

NEC NON

IN GOETTINGENSI ACADEMIA
PROFESSORI MEDICINAE PRIMARIO,

ET

ACADEMIAE CAESAREAE NATVRAE CVRIOSORVM
COLLEGAE

A 2

VIRO



V I R O
EXCELLENTISSIMO, EXPERIENTISSIMO
ATQVE DOCTISSIMO,
D O M I N O
ALBERTO HALLER,
PHILOSOPHIAE ET MEDICINAE DOCTORI,
ARCHIATRO AC CONSILIARIO AVLICO
REGIO ET ELECTORALI,
ANATOMIAE, BOTANICAE AC CHIRVRGIAE
IN GEORGIA AVGVSTA
PROFESSORI PVBLICO ORDINARIO,
SOCIETATVM REGIARVM BRITANNICAE ET VPSALIENSIS,
ET
ACADEMIAE REGIAE SCIENTIARVM SVECICAE
SODALI,
IN SVPREMO SENATV REIPVBLICAE BERNENSIS
DVCENTVM VIRO.

V I R O



V I R O
G E N E R O S I S S I M O , E X P E R I E N T I S S I M O
A T Q V E D O C T I S S I M O ,
D O M I N O
C A R O L O A V G V S T O
A B E R G E N ,
M E D I C I N A E D O C T O R I ,
P A T H O L O G I A E , T H E R A P I A E A C C H I R V R G I A E
I N A C A D E M I A R E G I A V I A D R I N A
P R O F E S S O R I P V B L I C O O R D I N A R I O .

A 3

V I R O



V I R O
EXCELLENTISSIMO, EXPERIENTISSIMO,
ATQVE DOCTISSIMO
D O M I N O
I O A N N I F R I D E R I C O
C A R T H E V S E R,
M E D I C I N A E D O C T O R I,
A N A T O M I A E, B O T A N I C A E A C P H A R M A C I A E
I N R E G I A A C A D E M I A V I A D R I N A
P R O F E S S O R I P V B L I C O O R D I N A R I O,
F A C V L T A T I S M E D I C A E
H. T.
D E C A N O.

2
PRAE



PRAECEPTORIBVS
PATRONIS AC FAVORIBVS
AETERNVM COLENDIS

HOC

QVALECVNQVE ACADEMICVM SPECIMEN

IN PERPETVAE OBSERVANTIAE MONVMENTVM

CONSECRAT,

AC SE SVAQVE DE MELIORI COMMENDAT

A V C T O R.

PRAE-



P R A E F A T I O.

Nullus plane dubito, multos, vix lustrato titulo, impudicitiae memet accusaturos esse, quod, iuuenis adhuc, eo usque curiositatis fuerim progressus, vt inauguralis disputationis loco, thema DE MATRIMONIO, MULTORVM MORBORVM REMEDIO, selegerim, quum tamen maxima morborum recensendorum pars, pudibundas vtriusque sexus partes occupet, et vix, nisi nuptis, in coniugio iam viuentibus, et verbis impudicis de his differere liceat. Nec inficias eo, vt CELSI Lib. VI. cap. 18. verbis vtar: *Difficile omnino esse, in illorum explanatione, simul et pudorem, et artis praecepta seruare.* Nihil tamen minus ista a proposito me haud deterruere, quum sciam, de his, quae honeste dicuntur, male sentire velle, non scribentium, sed legentium vitium esse. Quid quod? castis omnia casta! qui vero petulantis et impuri animi sunt, etiam verba innocentissima in reprobum sensum detorquebunt, et animum qui adferunt impurum, abibunt impuri. Nam iuxta PETRONIVM in rebus optimis


*Inuenies, quod quisque velit: non omnibus unum est
quod placet. Hic spinas colligit, ille rosas.*

Castas siquidem in suo contemplatore natura requirit oculos, et delicatellulis castos mula mea optat aures. Haecce pauca, eorum causa, qui animos ad carpendum pronos gerunt, praemonere necessarium duxi. Sin tamen vbique palato tuo non exacte sit responsum, scias, Mome, de gustibus non fuisse disputatum.



Q. D. B. V.





Q. D. B. V.

DISSERTATIO MEDICA
IN AVGVRALIS

DE

MATRIMONIO
MVLTORVM MORBORVM REMEDIO.



I.

Medicum verum ac genuinum, si rationalis non minus, quam gratiofus appellari cupiat, sub aegritudinum curatione, non solum cito ac tuto, sed et iucunde agere debere, magnumque omnino curae leuamen esse, si iucunda institui possit et obtineri, nemo, quod spero, in dubium vocabit. Plurima namque aegris, eorumque palato concedenda sunt, modo in hisce blanditiis non exorbitet quis, et sensim, sic neglecta via
B regia,



regia, dessectat a iusto tramite, cum aegrotantium dispendio. Puerorum ad curam saepius quid contribuere satisfactionem illam, quam capiunt ex crepundiorum suorum desideratorum adspectu et tractatione, notum est. Quod etiam Musica (a) aliqui sint curati, sicuti Saulum per Dauidem, cythara canentem, restitutum esse legimus, nullam veriore causam esse censemus, quam, quod satisfactio, quae ex iucunda et valde grata musica illi oborta fuit, medicamenti loco extiterit. Multa itaque dantur iucunda, quae aegris concessa, reuera remediorum effectus exerunt, ac salutaria dicenda sunt; quare medicus quoque, si illis remedia minus iucunda, ac ratione efficaciae simul longe inferiora, praeferre vellet, sane medici non gratiosi, sed Catonis nomine insigniendus foret.

II.

Quotidie accidit medicis praxin exercentibus, ut masculis aequae ac puellis, in aetate ad coeundum commoda et coniugio opportuna adhuc constitutis, coitum ad profligandos morbos suadere, se coactos videant. Et, quamuis hic quaestio a Ictis saepius mota incidat: an medicus salua conscientia suadere possit coitum? ego tamen circa decisionem huius quaestionis non morabor pro nunc, sed binis tantum verbis, quid de hac quaestione sentiam, absolvam: distinguendum nimirum esse inter *Coitum licitum* et *illicitum*, hunc omni iure dissuadendum, illum vero, consideratis probe cunctis circumstantiis individualibus, et adhibito iudicio, utique esse suadendum et concedendum, existimo. Uterque sexus ob denegatum coitum, multos quandoque patitur morbos: et quidem nobilior ex Spermatis retentione, uti testiculorum tumores,

(a) Conf. AD. BRENDÉLII *Diss.*
de curatione morborum per carmi-

na et cantus musicos, Viteb.
1706.

tumores, priapismi atque tentigines membri virilis, nec non phantasiae laesiones testantur, quae vero damna non solum spermatis retentioni, sed potissimum etiam speculationibus lasciuivis sunt adscribenda. (a) His utique nullo iure coitus est dissuadendus, quod suo iam monuit tempore CELSVS, (b) et SCHURIGIVS, (c) quorum posterior in primis, quando varias atque multas morborum species, ex spermatis retentione ortas, easdemque per coitum curatas adfert, moderatum coitum ad longaeuitatem esse suadendum, dicit. Sequior vero sexus variis quoque subiicitur morbis ex denegato concubitu, ut infra videbimus. Interim et in tali casu iudicium adhibere debet medicus, ne forsitan omnibus masculis et virginibus, his morbis laborantibus, coitum promiscue suadeat, quoniam multis quoque nocet, praesertim tenerioribus ac iunioribus, qui nondum ad perfectam pubertatem peruenierunt, nec minus illis, quibus labes aliqua est in viscere aliquo notabili, quod olim iam monuit SENNETVS. (d) Ita tamen memorata accipi notio, ac si iudicarem, nemini prorsus, annos sic distos pubertatis qui nondum superavit, coire licitum esse. Occurrit enim in tali casu duplex malum medico considerandum: Primum consistit in immatura venere, quae longaeuitati obest, et spectat futurum; alterum vero praesens respicit tempus, si nempe ex denegato concubitu corpus nunc laeditur. Ex duobus vero malis, si utrumque non

B 2

cuitari

(a) vid. B. COSCHWITZ Parabol. P. I. C. V.

(b) de med. L. I. C. I. scribens: Concubitus neque nimis concupiscendus, neque nimis pertimescendus est: rarus corpus excitat, frequens soluit.

(c) Spermatorol. c. 5.

(d) Prax. Med. Lib. IV. P. 2. Sect. 4. dicens: Si ex mensibus, vel semine

retento, valetudo illa adversa ortum habeat, tutissimum est, marito virginem coniungere, ira enim semen retentum evacuetur, et uterus expurgatur: si vero viscere aliquo notabili, praecipue Epate vel Liene, aut etiam toto corpore, vitiosa aliqua dispositio adsit, illa veneris usu non tollitur, sed potius augetur.

euitari potest, quum minimum sit eligendum, concubitus est suadendus et concedendus. Superat enim hoc malum, praesens nempe corporis afflictio, illud, quod oritur ex nimis matura venere; quid enim iuuat, si longaeuitati studemus, et praesens, quod prae foribus expectat malum, non remouemus.

III.

Plerique autem morbi, ex venere cohibita oriundi, quum in tempus pubertatis potissimum incidant, et ex mutationibus, quae vtrique sexui tunc contingunt, explicandi sint, quaedam generaliora de illis praemittenda existimo. Nuncupantur nimirum anni pubertatis, quando ossa, machinae humanae fulcra seu columnae, satis robusta facta sunt, et iustos suos habet terminos incrementum corporis, barbaque, ceu virile signum externum, generationis aptitudinem potentiamque denotans, progerminare incipit, et iam sensim sensimque aliquid in semen reponitur, donec circa adolescentiae terminum plenius id absoluaatur; florem tunc alimenti superflui in maribus in semen, in feminis in sanguinem menstruum abire videmus. Quamprimum ergo haec visuntur in vtroque sexu, maturitatem quandam arguunt, aptitudinemque ad generandum indicant. Vterque sexus autem, in adcurato aetatis termino, ad coniugium seu procreandam sobolem maxime idoneo, valde variat. Virgines enim, vtpote laxioribus praeditae fibris, corporis sui complementum, anno plerumque decimo sexto vel septimo impetrasse, toto videmus die: quum viris e contra vix annus vigesimus ad suam ἀκμὴν sufficiat. Quo vero tardius masculinus sexus ad veneris sacrificia, cum fructu faciēda, admittitur, eo et diutius foecunditatis delitiis fruitur, vt, vbi mulieri quadragesimo, vel quadragesimo quinto anno, proliferationis limes sit statutus, virorum saepius ad septuagesimum,

gestimum, et quod excurrit, annum extendatur impraegnandi facultas, et viri saepius iam decrepiti pro venere adhuc militent, licet in hoc bello vir viro praestet. Circa distos annos pubertatis, apud sexum vtrumque in toto corpore magna et sensibilis fit mutatio, et, vt leuiores modo attingam, pilis inuestitur pubes, vox fit plenior; praeter hoc molliori sexui plura contingere solent: quodcumque enim pubescere incipiunt puellae, notabilius mammae intumescere, et in monticulos exacte sphaericos assurgere cernuntur, qui in virginibus adultis et sanis, exquisita sua rotunditate erecti, instante inprimis catameniorum fluxu, potum maius mole sua et extensione parum excedunt, et duritiae qualicumque tactui renituntur; lanugo in monte veneris efflorescit, sanguis copiosus ad vterum vehitur, qui non impensus, absente nimirum grauiditate, menstruatim ad extra vulgo amandatur, post impraegnationem autem foetus alimoniae destinatus est. Postquam enim corpori fatis est prospectum, ad hoc quoque centrum sanguis tendit, partes haec generationis foecundaturus. Durante nunc hoc fluxu menstruo, tempus habetur ad conceptionem aptissimum, cessante vero secundum naturam peracritatem hac irrigatione genitalium, cessat etiam concipiendi potentia, et tunc barbam in his vetulis prorumpere videmus, quae ob depletum sanguinem, data via manifesta, apud mulierculas iuniores crescere nequit. In castratis brutis, quod addo, e. g. canibus, suis, bobus, superfluum illud nutrimentum in pinguedinem vertitur.

IV.

Circa hos nunc annos pubertatis, quum natura vtrique sexui stimulos ad venerem exercendam indiderit, simulque cum mutationibus, quas corpus tunc experitur, varios morbos minuetur,

B 3

necessa-



necessario etiam nos ab iisdem hoc ipso remedio praeseruare docet. Exempla enim et vsus testantur, eos, quibus corpus firmum et robustum obtigit, et aetas vegeta iuuenilis adhuc decurrit, quique calida praeterea et humida temperatura, cum lautius viuendi copia, fruuntur, ac bene quoque appetunt, digerunt et egerunt, sine vlllo graui incommodo, languore et subsequente noxa, veneris exercitia, si modo non excessiua sint, ferre posse, adeo, vt si consueta diutius omittant et abstineant, atrocibus malis vterque sexus oppugnetur, vt sunt languor totius corporis, malancholia, anorexia, delirium; in feminis conuulsio epileptica, subita praefocatio, et, quae plura sunt, de quibus videatur FRANCISCVS PAVLINI (a). GALENVS (b) quoque memorat, in quibusdam, nisi per intervalla coiuerint, capitis molestias, ciborum fastidium, et febres excitatas fuisse, et adfert exemplum cuiusdam, qui, quum vxoris obitum dolenter ferens, multo sese conficeret moerore, omnem cibi cupiditatem amisit, et alia grauia symptomata passus est, nec prius sese in sanitatem vindicauit, quam ad foeminae consuetudinem rediisset. Hinc cum CELSO (c) vtique sentiendum est: Concubitum, modo non nimis frequens sit, corporis vires excitare; quam sententiam ARISTOTELES (d) quoque, ac SCOTVS (e) fouent. Quod nunc, quemadmodum experientia constat, ita, vt idem eo testatius elucescat, placuit impraesentiarum vtilissima, nec adeo trita meditatione, exactius paullo in morbos, qui à suppressio veneris exercitio incuna-

(a) Misc. Nat. Cur. Decur. II. Ann. IX. Obs. 89.

(b) L. VI. c. 5. loc. affect.

(c) Lib. de sanit. tuenda.

(d) Dicens: Coitus alleviat corpus, aufert multas aegritudines animi,

quia expellit: funum Spermatis de cerebro, et expellit materiam apostematicam.

(e) qui scribit: Ex dimissione coitus sequitur tenebrositas oculorum, vertigo capitis, unde Spermata visi ultra debitum tempus retentum, convertitur in venenum.

incunabula trahunt, inquirere, eorundemque natales, causas ac indolem vberius euoluere atque exponere.

V.

Atque quidem, vt a sexu potiori ordiar, facile patet, castam matrimonium, hoc est, licitum, purum, ac moderatum veneris exercitium, praeseruare iuuenes a morbis venereis, omnibusque diris ac saepius lethalibus symptomatibus, quibus eos omnes, qui, vagae libidinis causa, extra connubium viuentes, exercitio veneris indulgent, vexari videmus. Praecauet idem sic dictam *Onaniam*, seu eam nefandam consuetudinem, qua homines suamet corpora, absque aliorum societate, commaculant, dum sese impuris imaginationibus sepeliunt, atque cogitationibus suis naturam aemulari conantur, ad illam sensationem sibi procurandam, quam DEus ordinauit, carnalem copulam maris ac foeminae, ad propagationem generis humani necessariam, eo iucundiores reddendi. Maxime vero castum matrimonium, mares ab omnibus morbis, ex retentione seminis oriundos, praeseruat ac liberat.

VI.

Semen ad rerum non naturalium, et quidem ad superfluum et excernendorum classem referendum est, a quorum exclusione bona vel mala valetudinis fata, saltem quoad annos, negotio illi destinatos, dependent. Est autem excernendum vtile, quod extra corporis terminos in alterius commodum vergit. Contingere solet eius excretio, quum homo, amassae blanditiis, morumque et formae elegantia captus, simul de speciei propagatione plurima mente voluit, hinc maior sanguini et spiritibus motus imprimatur, et totum corpus quasi amore flagrat, corpora pe-
nis

nis nervosa distenduntur atque instantur, maior semini actiuitas accedit; quo facto, et praegressa membrorum amicabili copula, semen vesiculis seminalibus inclusum, in aruum muliebri emittitur. Huic nunc feminis exclusioni tunc quidem vacare licet, quando, orgasmo monente, omnia requisita adsunt, ad negotium tam graue, sub quo homo, lychni instar aliis inseruiendo, se ipsum consumit, suauiter et sufficienter absoluendum.

VII.

Nimia huius feminis, in organis generationi dicatis asseruati, copia, quantas noxas quantaque damna inferat, et quam graues morbosas afflictiones pariat, ex medicorum obseruationibus, sollicita cura conscriptis et memoriae proditis, constat. Plures enim ex diuturna retentione feminis superflui, atque eius prohibita eiectione, in insaniam, melancholiam et maniam coniecti sunt, pluresque difficilis sanationis neruorum morbos conuulsuos, spasmodicos, febres quoque acutas, atque languorem totius corporis sibi contraxerunt. Si vero rationem, cur optimi etiam succi in perniciales transmutentur ac degenerent, inuestigamus, praeter vehementem eorum exagitationem et acceleratum nimis motum, stagnatio potissimum est, quae omnis generis fluidorum in corpore naturam, crasim ac indolem plane turbat, peruertit ac destruit, dum, humore immobili facto, mora vinculum mixtionis soluitur, partes secedunt, et corruptionem subeunt. Quare, sicuti sanguis, si ob redundantem molem lentius circumagitur, aut plane in canaliculis alveis subsistit, alienam prorsus et inimicam naturam induit, et corrumpitur, ita etiam genitura virilis simile vitium et exitiosam valde labem contrahit, si organa et receptacula, eius susceptioni et custodiae seruientia, vasa maxime deferentia, et vesiculae seminales, exuberante copia opplentur
et

et infarciuntur. Accedit, quod semen lentore omnes in corpore humano liquores superet, sanguinem, serum, mucum, pinguedinem corporis sani, bilem denique et articulationum vnguē: his enim omnibus spiffius est semen optimum in testibus aut vesiculis diu adseruatū. (a) Et haec, quae in liquorem feminalem cadit corruptela, eo perniciosior est, quo subtilior et spirituosior eius est substantia, et quo, altius et promptius, ob penetrantiam et partium tenuitatem, in ipsius vitae principia, et eas maxime partes, quae exquisito sensu et motu pollent, sese insnuat, iisdemque exitialem noxam adfricat. Ex his itaque liquido patet, laudabiles etiam et vtilissimos humores nonnunquam corpori oneri, quin detrimento esse posse, si nempe plus iusto retinentur, accumulatur et stagnatione labem suscipiunt.

VIII.

Quum ergo semen, etiamsi sit nobilissimus liquor, si intra vesiculas feminales iusto diutius haeret, tandem corrumpatur, et, massae sanguineae permixtum, tanquam fomes aliquis, febrem, siue motum sanguinis et spirituum acceleratum et plurima alia mala, ac aegritudines inferre possit, hinc natura etiam ex hac parte optime prospexit, et ne reliquis microcosmi partibus aliquod damnum exinde succresceret, sapienter praecauit, dum stimulum quendam indidit, vt homines congrua et vegeta aetate, certoque statu constituti, veneris oestro perciti, speciei propagationem, et per consequens, feminis excretionem anxie quaerant. Est enim venus seu congressus, secundum ARISTO-

TELEM

(a) Conf. Excellentiss. A. HALLER, praecceptor meus pie colendus,

ad Boerhaauii praelect. acad. Tom. V. part. 1. pag. 342.

C



TELEM (a) Φυσικώτατον τῶν ἐν τοῖς ζῴσι ἐργῶν, hoc est, actio naturalissima, omnibus omnino animalibus perfectis, tum maribus, tum feminis, communis, adeoque necessaria non minus, quam reliquae ex rebus non naturalibus.

*Omne etenim genus in terris hominumque ferarumque
In furias veneremque ruunt, amor omnibus idem.*

Singularis quippe et inexplicabilis huic operi sociata est voluptas, diuisa inter utraque causas haec socias, quamvis praerogatiuam feminis prae maribus adscribant longe pleniorē non pauci. Quam naturalis vero est actio haec, tam utilis quoque, ἡ γὰρ λειτουργίας ἕνεκεν τῇ φύσει μόνον εἶσα τυγχάνει, pergit Philosophus, ἀλλὰ καὶ ὀφελείας, non ad munus naturae explendum tantum, sed ad utilitatem quoque. Plusculos enim, eosque nobilissimos, praeter politicum, bellorum quippe et odii pacationem, quam ROLFINCIVS (b) non vno illustrat exemplo, in utroque sexu vsus ad valetudinem praestat, adeoque plurium morborum est remedium.

IX.

Refrigeratio venus est temperamento sanguineo, seu calido et humido, vbi in sanguine tum salino-sulphureae volatiles particulae, tum serosae blandae aequaliter abundant, seu quantitate et qualitate se inuicem probe temperant. Temperie tali gaudentes, ad venerem alias magis proni, optime ferunt vsum eius mediocrem, neque noxam ex eo vllam sese pati sentiunt. Phlegmaticis quoque, seu frigido et humido temperamento praeditis, in quibus particulae sulphureae serosis inferiores sunt, veneris vsus nonnumquam salutaris esse potest. Quum enim serum feminis

(a) lib. 1. cap. 3. de cura rei familiaris.

(b) ord. et meth. cognosc. part. genit. p. 11. et seqq.

minis crebrius excernatur, huius defectu corpus et sicari et calesceri magis, necessum est. Quo magis enim serum deficit, eorum caliditas, tum siccitas magis augetur. (a) Addi meretur et motus, spiritibus et humoribus sic additus maior. Sic Dauidi feni, iam frigidus et languenti, nouum caloris fomitem, nouum vitalis pabuli commeatum ad cubitus sanae florentisque puellae impertiuit. (b)

X.

De tempore, tum anni, tum diei, ad *ἐνωσιαν* coniugalem praestandam apto, disceptarunt haecenus medici, aliis hyemale anni, aliis autumnale, diei aliis meridianum et vespertinum post cibum ante somnum, post exercitia et balnea moderata, aliis vero matutinum potius post somnum, suadentibus. CELSUS, (a) eloquentia medica excelsissimus, hyemale tutissimum commendat, reliqua perniciosissima diiudicans. C. O. V. S. vernum ad conceptionem aptissimum iudicat. Tempus vero post cibum ante somnum suadet AEGINETA. (b) At abludit hic cum quibusdam aliis HIPPOCRATES, (c) legislator quasi artis medicae, cui *ὁ μὲν Ἰησος* plane καὶ *ὁμοφρονος* est GALENVS. (d) Ratio afferri solet, quia nimirum alias a sumto cibo ventriculus illis fartus, et digestionem inchoans, veneris vsu in opere suo tur-

C 2

batur,

(a) verba sunt G. W. WEDELII, Theor. 31. Part. 1. Sect. 3.

(b) 1 Reg. 1. 2.

(a) Lib. 1. cap. 3.

(b) Lib. 1. cap. 35. his verbis: Opportunum fuerit, coitu vti post exercitia et balnea, et moderatum cibum, id enim ad robur conducit, et perfrigerationes ab eo urgentes minus fiunt. Obdormienti enim statim sedatur lassitudo, et hoc tempus

etiam commodum ad liberos gignendos, tum ob alias causas, tum, quod mulier dormiens genituram magis retinet.

(c) Lib. 3. de Diet. c. 18. inquit: Quidam ex repletionem a veneris vsu leuior statim sibi esse videtur, postea vero magis grauatur.

(d) in comm. laborem nempe praerire cibum, cibum somnum, veneris post somnum sequi.

batur, et chylus crudus in vasa praecipitatur, vt adeo loco chyli toridi cruditates emergant, neque conceptioni velificetur ante somnum celebrata venus, quoniam feminis illa requisita retentio et commistio inuicem masculini ac feminini veterum nulla est. Nam GRAAFII et HARVAEI obseruationibus planum redditur: 1) semen maris non κατ' ὄγκον ad vterum ferri, propter oris vteri internam structuram, quae facile quidem quid emittat, vix et aegre vero, imo plane non, admittat; 2) liquorem feminalem marium ex partibus genitalibus mulierum iterum effluere, a coitu etiam foecundo, adeoque 3) in vteri cauo aliquot post coitum diebus nihil sensibile reperiri, quin potius ἐνέργειαν feminis seu spiritus, etiam ante genitalia excreti, conceptionem praestare posse, vti docet BORELLVS (e) de virgine imperforata, item de equa, cuius genitalia annulis occlusa fuere; praestare itaque, veneri officium facere, coctione noctu rite peracta, spiritibus somno ac quiete refectis, viribusque redintegratis. Verum enim vero, quemadmodum homo non certo duntaxat, vt animantia reliqua, sed quouis tempore, veneri litare aptus est: ita, pro mea sententia, parum in hoc discriminis erit, modo caueat, ne exsoluatur nimis calente syrio, vel frigore vrente non minus, ac alio quouis tempore. Ipsa nihilominus natura subinnuere videtur, tempus ineuntis somni commodissimum esse: Seorsim vero, ratione conceptionis, aptissimum ad congressum tempus est statim post fluxum menstruum. (f)

XI.

Veneris, seu excretionis feminis defectum necessario consequitur humectatio, siue particularum ferosarum accumulatio. Quum enim feminis principia serum et fluidum nerueum,

(e) Cent. 4. obs. 26.

(f) vid. SYLV. lib. 3. prax. c. 5. §. 64.

ueum, copiose ipsi combinatum, ex physiologorum sententia constituent, sequitur, quod sub veneris defectu, feminisque excretionem inhibita, serum in vniuersa massa sanguinea abundet, et longiori quoque mora ac stagnatione facile in pituitam faceffere possit, quippe quae nihil aliud, quam serum coagulatum notat, quo facto morbi ferosi et pituitosi, *catarrhales* dicti, originem trahunt. His itaque sedula curatrix existit venus, ejusque vsus legitimus, siccando nimirum et euacuando serum, quod HIPPOCRATES, medicorum primicerius, variis in locis innuit. (a) Nec abit ab illius sententia PAVLVS AEGINETA, (b) cui etiam adstipulatur *Philosophus*, (c) rationesque adnectit, nimirum, quod coitus excrementi quaedam detractio sit, id autem naturam prae se ferat pituitae. Propter eundem etiam, nempe siccationis effectum, *alui* etiam *fluxus*, quos ad catarrhos veteres referunt, curare COVS (d) iterum tradit, ad cuius mentem et palatum sunt etiam AETIVS (e) et AEGINETA, (f) qui diurnas in specie alui fluxiones venere exsicari tradunt. Quorum opinionem vltius exemplo corroborat AMATVS LVSI-

C 3

TANVS

(a) vt. lib. 6. Epid. comm. 5. r. 23. vbi inquit: Λαγνείαν τῶν ἀπὸ τῆς Φλέγματος νέσων ὠφέλιμον. Venus morbis a pituita est remedium. It. Lib. 5. Epid. r. 71. et lib. 1. de diet. homogenea tradit, exemploque Timochari coryza vexati, veneris vero vsu curati, illustrat.

(b) Lib. 1. c. 35. inquit: τοῖς ἀπὸ Φλέγματος νοσήμασι μίσγεσθαι κράτιστον ἐστὶ. morbis pituitosis coitus optimus.

(c) Sect. 1. probl. 51. it. Sect. 4. probl. 17.

(d) lib. 6. Epid. s. 5. r. 26. inquit: ψύξις τὰ κατὰ κοιλίαν σκληρύνει, μίξις τὰ κατὰ τὴν γαστέρα σκληρύνει. Refrigeratio, quae in ventre continentur, indurat: coitus, quae in ventre continentur, indurat. It. 7. Epid. c. 58. r. 15. his verbis: πορνειή ἀχρωμος δυσεντερίας ἀκος, impudens scortatio difficultati intestinorum. medetur.

(e) Lib. 3. cap. 8.

(f) Lib. 1. cap. 35.

TANVS. (g) Rationes huius effectus iterum tradit *Philosophus*. (h)

XII.

Medetur venus *Gonorrhoeae benignae*, seu inuoluntariae feminis excretioni, item *Pollutioni nocturnae*, quoties nempe a copia magis feminis, quam debilitate vaforum oritur. Gonorrhoeae enim causae proximae sunt 1) spiritus ab imaginatione fortius agitati, qui in vesiculas seminales irruentes, iisdem et contento suo, nempe semini, similem motum, ac ab imaginatione receperant, inprimunt; dum vero partes illae renixu suo impetum illum depellere conantur, hincque fibrae fortius constringuntur, depositum suum, attamen absque voluntatis imperio, eiiciunt; 2) nimia copia feminis, quod initio quidem laudabile, adhuc intra vesiculas seminales collectum, easdem nimium distendit, quia vero nulla euacuatio subsequitur, ad stagnationem inclinat, corrumpitur, (VII.) et acredinem aliqualem assumit, cuius ope tunicam vesicularum nerueam irritat, atque ad expulsionem instigat, quae quoque, nisi fibrae eius longitudinales antea nimium extensae fuerint, libentissime obsequium praestat, et sese exonerat, idque in gonorrhoea praecipue benigna euenire, non improbabile mihi videtur. Amorem tamen quoque, et imaginationem veneream, dum spiritus ad partes genitales determinat, semenque commouet, gonorrhoeam producere posse, testatur LEONELLVS FAVENTINVS, (a) qui refert, se vidisse iuuenem, qui prae forti imaginatione et concupiscentia, ex sola mulieris inspectione, semen emisit. Quum

(g) *Cent. 2. curat. 47.*

(h) *Lib. 4. Probl. 18.* nempe venem refrigerare ventrem, quoniam calor in concubitu excernitur, siccare vero, cum euapo-

rari, dum calor exit, necesse sit, exit autem, cum refrigerat, praeterea etiam, quod seruor coeundi siccare nimium potest.

(a) *Cap. 74. de medend. morb.*

itaque constet, gonorrhoeam ut plurimum vitam coelibem agentibus infestam esse, curam his perfectam praestare posse matrimonium, persuasus sum. Idem quoque valet de pollutione nocturna, ubi copia collecti et repositi feminis vrget exitum, et partes membranaceae ac neruosa pruriturum quendam experiuntur, ut, quando deinceps in subsidium venit imaginatio, ac carnalis erectio, e carceribus suis semen erumpat, et iuxta HORATIVM:

nocturnam vestem maculet ventremque supinum.

Hoc malum per moras longas ulterius inualescens, magis deiicit corporis vires, et tum indiuiduo nocet, lassatis et debilitatis actionibus necessariis omnis generis, minatur maciem et alia mala, tum speciei, cum sterilitatem post se trahere possit, perdit vigore feminali, et calore nativo depauperato. Semen enim est crasis et essentia quasi quinta ipsius sanguinis, iuxta HERIVM. Vltimum certe in pollutione nocturna consilium est coniugium legitimum, quo multi ab eadem euasere immunes. (b)

XIII.

Gonorrhoeae etiam virulentae, seu ipsissimae Luis venerae remedium, ad infectorum virorum curationem insigne, ab aliquibus celebratur coitus cum puella virgine. (a) Id vero non tam selecto virginitatis statui, (nam, quae in hunc censum laudantur, fere superstitionem et fabulas sapiunt,) quam ipsi veneri adscribendum. Genuina potius ratio curationis est, quod, congressu mediante, fiat materiae purulentae educio, et ulceratarum vesi-

(b) vid. FOREST. lib. 26. obs. 11.
CAMPELL. medicinal. lib. 6.
cap. 20. art. 4.

(a) Sic HERCVLES SAXONIA de

*luis venerae, cap. 73. inquit: Haec
ficio, plures ab antiqua gonorrhoea
fuisse liberatos, qui cum uxore vir-
gine rem habuerunt, sed tunc mu-
lier inficitur.*

vesicularum sic liberatio, vnde facilius abstergi, et curari vlcus potest. Sed absit, vt medicus honestus impuro homini impurum hoc, et innocenti puellae nociuum, remedium vquam suadeat.

XIV.

Saepe in *febris*, praesertim illis, quae femini retento originem debent, cum *εὐφορία* semen excernitur, vti *COUS* (a) refert, atque *Nicippum*, febre afflitum, excretionem feminis passum esse, nihilque ideo deterius habuisse, et hoc ipsi saepius absque noxa contigisse, affirmat. *ROLFINCIUS* etiam tertiana laborantem eiusmodi feminis profluum saepe expertum esse, testatur. *Quartanam*, venere curatam, allegat *D. IOSEPH. LANZONVS*. (b) Talis autem euacuatio plerumque naturae conatu critico contingit, non semper tamen cum leuamine aegri, dum venus non tam aegris, quam sanis quadrat. Interim tamen experientia docet, ex maxime imbecillium et debilium numero non paucos esse, qui eximios ad veneris exercitium persentiscunt stimulos. Et hi sunt inprimis, quorum succi multis salibus subtilioribus stimulantibus onusti sunt, vt arthritici, nephritici, et scorbutici; hanc forte ob causam, quod humores lymphatici, quibus organa generationi inseruientia imbuta et perfusa sunt, subtilem et vellicantem acredinem ex impura sanguinis et humo-

(a) 4. Epidem.

(b) In *Ephemer. medico phys. curios.* Dec. II. Ann. X. A. 1691. obs. 127. p. 221. *Iuuenis* annorum 27, *quartana* trium mensium spatio laborauit, bis pulueris chinae chin. ℥ij. in vino maluarico ante accessionem adsumsit, sed frustra. Multa annu-

leta ac remedia, quae ipsi porrigebant quoque *agyrrae* et *mulherculae*, pari successu adhibuit. At studiosus quidam *Rhetoricae* cum docet, *venerem* optimum esse remedium. *Iuuenis quartanarius*, vt remedii laudati virtutem exploraret, *meretricem* quaerit, cum ea rem haber, nec amplius *quartana* afficitur.

humorum massa suscipiant, et inducto per hanc partibus stimulo, maior adfluxus sanguinis, vberior liquoris seminalis secretio, et inde turgescencia in ductibus seminalibus fiat, qua praesente, ob commercium, quod inter corpus et animam, praesertim eius vim imaginatiuam, intercedit, homo rerum venerearum et coeundi desiderio inflammatur. Idem euenit in vegetioribus adhuc senibus, quorum humores, ad salinam scorbuticam indolem admodum proni, subinde cupiditatem ad concubitum suscitant. Quod enim a spiculis acris subtilioribus genitales partes ad veneris exercitium exstimulari possint, testantur aphrodisiaca, quippe quorum nonnulla et praecipua, vti v. g. Cantharides, aliaque ex animalium et vegetabilium familia deprompta, acrisale imbuta sunt, eodemque virtutem suam praestant. Eidem quoque causae tribuendum, quod nonnulla purgantia, subtiliori acredine pollentia, vti sunt colocynthiaca, helleborina, extractum panchymagogum Crollii, praeter catharticum effectum, sub ipsa operatione quandoque genitalia stimulando, veneream appetentiam excitent, cuius rei exempla adferunt TIMAEVS à GULDENKLEE (b) et SALMVTH. (c)

XV.

Quod de febribus dictum est, (XIV.) affirmari quoque ob easdem causas potest de *Phrenitide* et *Paraphrenitide*, saltim praeseruatue et quatenus causa remota est. Prioris causam veteres meningum cerebri, posterioris vero diaphragmatis et neruorum phrenicorum inflammationem dixere, quibus tamen WILLISIVS, (a) pluribus suffultus experimentis, aliam longe causam adsignare conatur, earumque rationem formalem in vehe-

D

mentiori

(b) Conf. 50.

(c) Cent. 1. obs. 71.

(a) Patholog. cerebr. c. 10

mentiori et continua spirituum agitatione, quae a sanguine impetuossissime ebulliente producat, consistere statuit, cum quo et nos facere non dubitamus, concedendo tamen in grauiori febre, et summa cerebri incalescentia, meningum inflammationem, si sanguis ibidem copiosior restagnet, coniungi demum posse. Sic phrenitidem ex amore balneo curatam, veneris vsu fortean etiam curabilem, vid. *Miscell. Acad. Nat. Curios.* (b)

XVI.

Melancholiae etiam et *Maniae*, adfectuum illorum facile complicabilium, vt veneris defectus causa, ita et cura existit *συμπλησιασμός*. Ex inhibita nimirum turgescens feminis excretionem, eiusque ideo contracta ex stagnatione acrimonia, ac praeternaturali corruptione, per sanguinem et lympham refluos, tum massa sanguinea, tum fluidum nerueum diathesin acriorem vitiosam contrahere possunt. Conueniunt ergo in radice, et essentia mania et melancholia, quum illa concitato spirituum alteratorum impetu assurgat, et facile postea sedato impetu ac feruore in melancholiam abeat. (a) Sic melancholiam ex femine retento vide apud ALPHONS. SANCTOCR. (b) Fetuum item ex eadem causa in *Misc. Acad. Nat. Curios.* (c) Melancholiae anniuersariae in maniam degenerantis curam per matrimonium, in eodem libro. (d) Maniam vero in SCHENCKII Observationibus. (e) Ex voto castitatis, delirium et summam anorexiam obseruauit D. CHRIST. FRANC. PAULEINI. (f) G.

W. WEDE-

(b) Ann. 6. Obs. 54.

(a) vid. WILLIS. De anima brui. part. 2. c. 12.

(b) de melanchol. p. 31.

(c) Ann. 6. obs. 55. in schol.

(d) Ann. 2. obs. 152.

(e) Lib. 1. p. 155.

(f) in Ephem. med. phys. curios. Ann. IX. obs. 189. p. 353. Audiuerat in concione plebeius et simplex homuncio, à monacho dominicano castitatem et abstinentiam à ueneris acti-



W. WEDELIVS (g) etiam narrat, textorem quendam, quum in templo publice melancholici phantasmatis dedisset specimen, rogans sacerdotem, vt e suggestu suae indignitatis faceret mentionem, inito coniugio optime degisse, et restitutum fuisse. (h) AMBROSIUS STEGMANNUS (i) dedit obseruationem de studio, sanguine caustico et melancholia amatoria laborante, astu curato, mox tamen ob personam amatam denegatam, ex prioris morbi recidiua succumbente. Habent certe medici rationes, in iuuenibus, maribus aequae ac femellis, melancholia vel leui mania laborantibus, latitantem amorem et veneris desiderium ceu causam, arguendi, adeoque primo quoque tempore coitum licitum suadendi. Imprimis autem ex frustratione amoris saepissime nascitur Zelotypia et prorsus lethalis moestitia, ac indignatio, quae animum nocte dieque torquet, et corpus postea plane interimit, vt inquit QVERCETANVS. (k) Inclaruit etiam tali olim occasione ERASISTRATVS, magni deinceps ob alia merita nominis medicus. Obseruauerat is ex pulsa aliisque signis, principem iuuenem Antiochum non tam alio morbo, quo quidem graui consumtus fere erat, quam amore nouercae suae laborare. Aperit eam rem Seleuco, patri principis. Concedit hic filio vxorem, et aeger cum ea sanitatem recipit. (l) Exstat apud

D 2

TVL-

bus maxime commendatam. Ille subito vouet eam Domino, omnem congressum conjugalem seruo fugiens. Incidit vero in tantum delirium, cum pertinacissima *ἀνορεξία* coniunctum, vt, frustra adhibitis congruis remedijs, vix religiosissimi viri persuadere potuerint homini, quo antiquum suum licite repeteret.

(g) in *Disp. de Melancholia*, *Fenae* 1707. habita.

(h) *Conf. J. VESTVS in Diss. de*

aegro, melancholia amatoria, varijs symptomatibus grauioribus maritata, laborante, Erford. 1705.

(i) in *Ephem. med. phys. germ. Acad. Caes. Leop. N. C. Dec. III. A. I.* Anni 1694.

(k) in *diaz. polybist. S. 2. c. 2.*

(l) vid. *PLVTARCHI Demetrius Cap. 49. 50. 51. APPIANVS de bellis Syriacis, p. 204. seqq.* Eius quoque mentionem facit *GALEN. lib. 1. 10H. LANGIVS in*

TVLPIVM (m) exemplum iuuenis, ex inopinata matrimonii repulsa catalepsi adfecti. Erat vero is adeo rigidus factus, ut statum potius, quam hominem repraesentaret. Quum vero exclamaretur, cupitam habiturum amicam, modo ad se reuerteret, profiliit confestim e sedili, et ad se rediit. Sed minus forte illud habet admirationis. Pestem vero, omnium morborum grauissimum, complexu amatorio curatam esse, id quidem incredibile videri posset plerisque; legimus nihilo minus historiam desperatae talis curationis, factae in amata a sponso, carmine eleganti horrende descriptam a VINCENTIO FABRICIO. (n)

XVII.

Moderatiores eorum sunt cupiditates, qui a solo osculo morbi leuamen quaerunt; neque curatio hic plerumque tantum habet periculi: quam autem bene ea multis, vero aliquando morbo laborantibus, cesserit, exemplis ostendere forte nil opus est. Qualia si quis videre gestiatur, collecta plura reperire potest apud KEMPIVM de osculis, capite praesertim XVIII, de osculo salutari. Sed, ut pauca illorum, ad nostram classem specialem referri queunt, ita vnum, quod de Rudolpho I. Imperatore, ibidem exhibetur, huc transferre liceat: Senio is confectus, quum

Epist. p. 113. cuius symptomata ex illo transcribere non erubescimus. Exhaustis nempe amore viribus, corpus ex sanguine palliebat, oculi inter supercilia condabantur, cibum stomachus fastidiebat, longo suspirio ex imo pectore pulmo ingemisebat, mens vacillabat, cor languebat, ex rei desideratae adpectu motu pulsus tremulo fluctuabat: quia, solo nomine amicae pellicis audito, harmonia pulsus variabatur.

(m) Lib. 1. obs. 22.

(n) in Eph. med. phys. germ. cur. Ann. II. A. 1671. p. 286. obs. 188. In Hollandia tempore pestis Anno 1636. Ancilla quaedam batava, peste laborans, tribusque in locis corporis carbunculos habens, cum iuvene tamen amasio in horto, quo delata fuerat, singulis noctibus concubuit, et illaeso sponso conualuit.

quum febrī hectica laboraret, non praesentius inuenire se remedium distabat, quo corpus suum vegetius redderet, quam, si animas dulces et suaueolentes ex ore puellarum hauriret; ne ergo abstinentia imperatorem consumi proceres sinerent, praeter illas, vxores etiam suas frequentius ei adduxerunt, vnde spiritus osculis acciperet, quas ceterum honeste tractauit. Alias tertianas, quartanas et ardentēs febres osculis curatas esse, medici notarunt.

XVIII.

Eandem cum supra (XII-XVI.) dictis adfectibus nonnumquam causam agnoscit etiam *epilepsia*, feminis nempe retentionem, eiusque acrimoniam, quae itidem massam sanguineam et spiritus varie alterare, eosdemque ad motuum anomalias disponere, cumprimis in femineo sexu valent. Vnde, nisi radicatum penitus sit malum, etiam eidem a venere petere licet remedium. (a) Notabile exemplum apud ZACVTVM LVSI-TANVM, (b) exstat, veneri cuiusdam alias deditissimi, qui, quum foeditatis illius pertaesus, castitatem seruare apud se constituisset, sex mensibus elapsis, nausea ac vertigine corripiebatur, et demum epilepticus concidebat, e viuisque excedebat; vitio quidem feminis in virorem mutati, quod in cadauere aperto, in cauitate vasis, semen in penem deferentis, fuit repertum. (c) Quin imo mortem ipsam ex semine retento, vide apud ZWINGERVM. (d) Prodest denique venus speciatim nonnumquam

D 3

tumori

(a) vid. CELSVM lib. 2. cap. 1. PLINIVM lib. 28. cap. 4.

(b) Lib. 2. prax. admirand. obs. 119.

(c) DOMINICVS item LEONVS Lunensis lib. art. med. 14. a testibus,

ait: et vasis spermaticis, quando in-
his spermū corrumpitur, infrigida-
rurque, et sibi induit naturam vene-
ni. cet.

(d) Theatr. vit. hum. p. 530.

tumori testium, a stasi humoris seminalis oriundo, (e) item *satyriasi* et *priapismo*, a nimia eiusdem orgasmo.

XVIII.

Quod de genitura marium probatum est, eam nimirum ultra tempus retentam, plurimis morbis fores pandere, de feminarum quoque valet, seu intelligamus semen magis genuinum, in testibus earum elaboratum, seu liquorem potissimum serosum, viscosiorem, femini analogum, qui in lacunis vaginae, et glandulosis corporibus, prostaticis mulierum seu sic dictis vtrinque colli vesicae lateribus adnexis, elaboratur, ac tempore pubertatis copia auctus, turgescens, clitoridis tensionem, et inde singularem partium sensum, quasi benignam titillationem, et *ἀπεξίω* venerem, non secus ac in viris excitat atque proritat, impetratum vero coitum, humectando partes et demulcendo, gratum magis ac voluptuosum reddit. Haec lympa, si per pollutiones, quae feminis aequae communes sunt, vel congressus non excernatur, sed retineatur diutius, ex mora longiore vitiose alteratur et corrumpitur, cuius corruptae vitium per sanguinem et lympham refluos, toti massae sanguineae communicatur, eam ulterius vitiose corrumpendo, et fluidum nerueum parili labe adficiendo. Cuiusnam vero naturae sit illae lymphae genitalis corruptio, qui determinauerit, Phyllida solus hacteno.

XX.

(e) hinc immortalis A. HALLERVS, l. c. p. 328. scribit: *Venere tentata, neque perfecta, saepe testes indurefcunt, et cum magno dolore tument, neque praeter venerem spes est sa-*

mandi. Ergo semen in testibus copiosius secretum, deficiente stimulo, quo ad vesiculas perveniat, congeri in teste, neque resorberi, sed stagnare videtur, morbosque facere.

XX.

Notum est, feminas in genere libidinosiores ac in venerem promptiores esse, tum propter mentis ac iudicii imbecillitatem, tum vitam sedentariam, motu curisque vacuam. Quum enim partus feminis laboriosus maxime ac dolorosus existat, hinc, ne a coitu et impraegnatione futuro tempore abhorreant, maiorem ipsis concessit natura in eo delectationem, vnde TERESIAS, Eumaris filius, voluptatis partem vnā mari, nouem vero mulieri obtingere dixit. Contrarium tenet *diuinus senex*. (a) Quidquid sit, feminis maior crebriorque veneris vsus esse potest, quam maribus, quia nempe eae non tam semen spirituosum perdunt in coitu, quam illud a maribus potius expectant et recipiunt, vnde etiam lassari potius, quam satiari videntur. Virgines itaque, si nubiles factae fuerint, veneris spe flagrant, prurigneque quadam ardente titillantur, vnde mirum in modum ad gaudia coniugalia, illis hucusque ignota, inuitantur, adiguntur. Id enim vult lex naturae, et in hunc potissimum finem virgines natas esse, est extra controuersiam. Hinc ipsis vitio non verti debet, si maturae, viroque aptae stimulos sentiant venereos, tantoque saepius coeundi desiderio corripiantur, vt aegrotent, ac male habeant, tandemque in furorem agantur, quum explere voluptatem satis nequeant; hinc nonnullae maiori cupidine veneri indulgent, et scortationes saepius de industria sectantur, et corpus peruulgant, vel in hominibus obediendis admittendisque se nimium faciles praebent, vel in stupro quidem tergiuersantur, sed voluptatem subinde interponunt: paucae animum

stupro

(a) ἥσσον δὲ πολλῶν, inquit,
ἡδεται ἢ γυνὴ τὸ ἀνδρὸς ἐν
τῇ μιξείᾳ, πλείονα δὲ χρόνον

ὁ ἀνὴρ. ceterum multo minus delectatur femina, quam vir in coitu, et vir etiam tempore longiori. lib. de genit. c. 6. t. 13.

stupro non adiiciunt, licet, omni ope destitutæ, illatam vim repellere nequeant. Turgescens enim in feminis liquor genitalis, dulcem hunc sensum, desideriaque venerea, in inuitis etiam, spontaneo motu excitat, quæ tamen e lectionibus, sermonibus, spectaculis, aliisque actionibus lasciuis, tantum sæpe augmentum capiunt, vt recta ratio, stimulos hos infringendi, vix præpoleat. Infringit tamen hos in quibusdam, quas pietas, decor, vel vis absterret, ne illicito amore fruantur, DEOque infensæ et hominibus ludibrio fiant, sed raro motus hos naturales omnino compescere possunt, quin semper indomita caro resistat. Et, licet virgines tales, omnem amorem illicitum flocci pendisse, reluctantemque carnem domasse ad tempus videantur, tamen adeo vsque iterum insurgit, vt tandem societatem cum solitudine, constantiam cum metu, hilaritatem cum tristitia, et risum denique cum lacrumis ac gemitu commutent; imo, tot ac tanta pericula, malaque sibi fingunt, vt violentas manus sibi ipsi inferre, fatius esse iudicent.

XXI.

Non vltimus hinc, quibus venus medetur, adfectus est *chlorosis*, seu febris amatoria, et ictericia alba virginum, quæ in primis amabilibus amantibusque virginibus accidit, quibus alias iuxta assertum SENNERTI (a) color pallidus non est ingratus: amantibus enim conuenire hunc et gratum esse sibi persuadent, secundum dicitur:

Palleat omnis amans, color hic est aptus amanti:

Ea

(a) hinc PANAROLVS *Pentecost* 3. obs. 14. inquit: Omnibus medicis consulerem, quum morbum eiusmodi ceterum obseruant, maiori cura, si fieri potest, procurent, vt virgines

potius nubant, quam, vt confugiant ad approditiua, quæ corpus sauciant, et sterilitatem inducunt, absque eo, quod morbi euanescent, sed data occasione fortius recedant.

Ea autem sequioris sexus est conditio, vt natura tanquam singulari priuilegio, illum eximia electaque corporum, inprimis faciei, specie ac pulchritudine, cum coloris quadam suauitate, qua nos antecellit, donare dignata fuerit: ea tamen simul fors, vt non solum morbos, quos viri, saepe idem sexus perferre, sed et longe vehementiores, qui particulares, nostrosque sexui ignoti, et formosas puellas venusta sua facie priuant, sustinere cogatur. Causa sine dubio in vtero querenda, vtpote cuius imperium est in totum corpus, agendi vis maxima, obedientia vicissim ab aliis visceribus ipsi praestanda, summa. Vnde, lacessitus tragoedias dominii sui maximas concitat, morbos infinitos fere fabricat, summa imis miscet, vt vix viuentes a mortuis discerni possint, immo virgines, quae formae pulchritudine fuere venerabiles, nunc defoedatae, et qua faciem labiaque, quasi mortuae videantur, et pereant saepe, nisi matrimonium ineant ac pariant, aut summo labore et obsequio curam prosequantur taediosissimam. Hanc vero chlorosin, seu coloris naturalis pulchri in praeternaturalem liuidum ac virescentem mutationem, grauissima comitantur symptomata. Ortum suum trahit ex liquore feminali, in orificio vteri interno glanduloso, vel etiam racemis vaginalibus retento, alterato, corrupto, et sanguini vitium communicante, vnde reliqua in tenerum corpus redundant symptomata. Vehementer huius morbi miratur indolem **T E R E N T I V S** (b), dum dicit:

Dii boni, quid hoc morbi est?

Adeon' homines immutarier

Ex amore, vt non cognoscas eosdem esse.

Pulchriores autem virgines, vel viduae huic malo potissimum sunt obnoxiae, quoniam iuuenum vel virorum conuersatione

E

frui

(b) in *Eunucho Art. II. Sc. 1.*



frui possunt prae aliis, quo enim formosior femininus sexus, eo in animis virorum iuuenumque ad ciendos amoris igniculos potentior est. Quibus etiam accedit, tanquam singulari privilegio, quod pulchriores plerumque etiam lasciuiores sint. Quare per-eleganter amorum magister, earum cogitationes cum euentu nobis reuelat, canens:

Sed, quia delectat, veneris decerpere flores,

Dicimus assidue: cras quoque fiet idem.

Interea tacitae serpunt in viscera flammae,

Et mala radices alius arbor agit.

Liquor feminarum feminalis naturaliter acrimonia sua virgines et mulieres stimulat, vt concubitum adpetant, notatque REGNERVS de GRAAF, (c) materiam illam tanta cum delectatione ex dustibus proflire, quanta cum voluptate e proffatis virorum solet. Dum igitur in maiori gradu talem sentiunt stimulum, volunt cohabitare sine omni exceptione viro; hac autem cohabitatione denegata, rem altiori mentis trutina perpendunt; male multa agunt, et neque cibum neque somnum capiunt, vnde oeconomia animalis inuertitur, materiaeque feminalis dietae effluxus praepeditur. Facta tali obstructione, liquor iste insigniter alteratur, immo nonnihil corrumpitur; cuius dein corrupti vitium in massam sanguineam pedetentim sese insinuans, huic toti inprimit orgasmum quendam corruptiuum, quo facto omnia viscera corrumpuntur, omnibusque corporis partibus malus inducitur habitus. Nam sanguis in hoc affectu aquosus, crassus, lentus, spiritibus exhaustus, tardiori motu ex canalibus seu vasculis cutem, inprimis faciei, inuestientibus, egrediens, ibique paullo diutius subsistens, aquositatem lentoremque deponit suam, qui ichorefcens et in vappam degenerans, papillisque nerueis infidendo

(c) de mulier. organ. p. 66.

dendo viuidum venustumque faciei virginum colorem, pallida, subflaua, virescente, lurida suffusione commaculat, quibus demum necessario citra vllum diaetae vitium mensium suppressio superuenit. (d) Elegantem sane comparationem effectuum ET MÜLLERVS instituit, qui tam a naturali, quam praeternaturali huius liquoris statu dependent. (e) Id, quod asseruimus de virginibus et mulieribus, demonstrant nobis pariter bruta. Haec nempe stato tempore, vel semel, vel aliquoties in anno, magno cum furore appetunt coitum, nil prae oestro libidinis deorant, spumant ore, cursitant hinc inde, nec facile stabulis continentur, incedunt plane alia facie, macrescunt, aliaque multa patiuntur mala; inprimis catelli feminae, si domi seruatae arceantur a coitu, excernunt liquorem nonnullum, ad generationem alias forsan impendendum. Si itaque haec eueniunt in brutis, quae quaeſo non accidere possunt hominibus, qui altioris indaginis sunt? mirum tamen, a parte tali remotissima vitiata sola, vniuersam animalem oeconomiam inuerti, ac hydram malorum Lerneam oriri posse. Miraculosam certe ob-

E 2

Terua-

(d) Hinc in haec prorumpit verba LEVINVS LEMNIVS, de occult. nat. mirac. l. i. c. 6. Multas videre est tum viduas dissuetas veneri, tum virgines nubiles maturasque viro, vbi serius ad connubium experuntur, erumpentibus etiamnum stato tempore mensibus, animi deliquio atque vteri strangulatione acerbissime infestari. Equidem omnibus hoc persuasum esse conuenit, plus detrimenti naturae inferri ex vitiati seminis, quam menstrui suoris suppressione.

(e) p. 693, consult. cas. 2. dicens: Vri

seminalis liquor naturaliter constitutus, sub pubertatis annis singulariter corpus femineum alterat, et alacritatem, robur, venustatem et similia cum menstrua fermentatione et mammaram sororiatione conciliat: item, sicut idem semen luxurians, imperum quendam plus quam humanum, furiosum et quasi brutalem conciliat, idque per auctas seminis spiritualescencias, ita e contrario retentum idem ex corruptum ac alteratum, simili fermentatiua virtute et rotum sanguineum nectar, et consequenter spiritus inquinat, alterat et viciat.

feruationem nobis praebet PANAROLUS (*f*), et ipse fate-
tur, (*g*) innumeras virgines Chlorosi correptas se obseruasse,
quae non aliam ob causam in hunc morbum incidissent, nisi ob
amorem. Sic meminit etiam BOYLE (*h*) virginis cuiusdam,
quae sensu tactus per totum corpus fuit spoliata, retento tantum
motu, in omnibus partibus, quae ipsa postmodum fuit curata
per alacrem congressum. Facit huc pariter id, quod refert DEO-
DATVS (*i*), qui obseruauit iuuenulam mulierem, cui post obi-
tum mariti, quum vidua esset reddita, ex retentione excernen-
dorum per coitum, vomitus horrendi, omni aurora repetentes,
cum graui tetano totius corporis per integrum annum fuere mo-
lesti, donec tandem celebrato coitu fuerit restituta. Ex talibus
igitur obseruationibus cuilibet patet, non accusandam esse in hoc
morbo mensium suppressionem, vel aliud quidquam, sed solum
denegatum concubitum, quo huius seminalis liquoris effluxus
impeditur. Ita enim de hoc morbo LEMNIUS, *l. c.* nobiscum
fentit: *Quod si tales virgines seu viduas pruriginosas, seu prouectio-
ris aetatis virgines, conuubio destinari contingat, ac semen subdito vi-
rili pessulo elici, in usumque procreandae sobolis deproxi, protinus
illas efflorescere videas.* CORNAX (*k*) exemplum nobis com-
municat de quadam puella, quae propter retrogradas nuptias in
magnum animi moerorem incidit; quem propter continuas la-
crumas,

(*f*) penrecost. 4. obs. 1. p. 109. *Veru-
la, inquit: cum quotidie per lusus
libidinis oestro percita, in amores
tanquam iuuenula esset prona; ac-
cidit tandem, ut peccati poenas da-
ret, erenim atrocissimis cruciatibus
adstricta, morti proxima fuit: quo-
niam resano correpta saeuissimos do-
lores patiebatur; adeo, ut tortura
adesset oris et manuum, rotiusque
corporis mirabilis tensio, ut vix de-*

*glutire, fecesque excernere poruerit.
Elapso mense, utro referato, semi-
nis profluio per aliquot dies adiuta,
pristinam sanitatem adepta est; abs-
que eo, quod ullum symptoma prae-
teritum relinqueretur.*

(*g*) penrecost. 3. obs. 14.

(*h*) de utilit. philos. experiment. part.
2. p. 73.

(*i*) in valetud. p. 171.

(*k*) consult. med. l. 1. c. 3.

crumas, (adde, stagnantis feminalis liquoris putredinem,) quum omnem consolationem respueret, sequutus est dolor capitis ingens, hunc epilepsia, epilepsiam mors. Eiusdem generis est obseruatio 4. lib. I. SCHENCKII. Tanquam causa remota attendenda etiam est longior a venere abstinentia, vti hoc in monialibus et viduis, amisso thori socio, iuuenulis testatur experientia. Sic HILDANUS (l) moniales ex suppressis per coitum excernendis, mille symptomatibus subici, iam pridem censuit. De viduis vero repeti potest obseruatio ex DEODATO superius citata; id quod praeterea confirmat GVALTER. CHARLETON. (m) Huic nunc morbo, ex regno animali commodissimum, immo probatissimum, remedium se sistit robustus atque bona natura praeditus iuuenis, qui optime orgasmum illum venereum extingueret valebit, quod ipse summus in medicina distator, HIPPOCRATES (n) iam monuit, et ingenue fatetur vir graui summoque iudicio, IOHANNES LANGIVS (o), se hoc remedio in virginei huius morbi cura numquam falsum, aut spe fuisse frustratum. Quibus etiam accedit Apostoli PAVLI (p) monitum, qui mulierem vltam nubere iussit, quum vri peius esset, quam nubere. Rationem huius medelae reddit IOH. de MVRALTO (q), defumtam a semine virili, sopitum vteri fermentum exfuscitante, totius corporis meatus amplificante, hu-

E 3.

mores

(l) Obs. 32. cent. 4.

(m) Exerc. pathol. 7. ita differens: mulieres quaedam acrius πολυσπερμίας igniculis prurientes, insanunt prae desiderio consuescendi cum viris, et nonnullis vsque adeo hoc saeuit malum, ut vel veneficio afflatae, aut a cacodaemone obsessae vulgo iudicentur.

(n) lib. de morb. virgin. Tom. 2. p. 357. καλένω δ' ἐγώ γε, inquiens:

τὰς παρθένας, ὁόσων τὸ τοῦτον πάσχωσιν, ὡς ζυνοικῆσαι ἀνδράσιν. Ego vero iubeo virgines, cum huiusmodi patiuntur, quam citissime viris cobabitare.

(o) in doctissima sua epistola 22. lib. 13. p. 93.

(p) epist. ad Corinth. v. 9. c. 7.

(q) obs. 10. Dec. II. Ann. 18. M. A. N. C. p. 41.

mores vteri, vasa inebriantes, resolvente, totumque corporis statum immutante. Hinc saepe fit, vt aliquando pallentes prius ac foedae virgines mulieres euadant elegantes et pulcherrimae, quod inter alia confirmat exemplum vxoris Aristonis apud PAVSANIAM, quae spartanarum omnium virgo turpissima, mulier vero pulchritudine omnium praestantissima, et, quae cum Helena certandum haberet, fuisse legitur. Idem de virginibus in insula Formosa scribit GEORG. PSAALMANAAZAR Formosanus (r). Et hoc sensu, quod venus pulchritudinem corpori conciliet, admitti potest.

XXII.

Ex liquoris huius vitio originem quoque ducit *Furor vterinus*, amor insanus, seu Nymphomania, adfectus tum virginibus, tum maritatis quoque communis. Cum primis vero viduae, quae PETRONII verbis:

Concubitum, venerisque gaudia callent,

et eae, quae diutius vel propter mariti valetudinem aduersam, vel longinquum iter a coitu sibi temperare coguntur, prae aliis frequentius illo tentantur. Adest in hoc malo delirium, seu phantasiae et ratiocinationis deprauatio, sed sine feбри, et versatur tantum circa intensum veneris desiderium; circa reliqua ratiocinatione salua manente. Causa huius mali proxima est humorum in vtero stabulantium intemperies, et quidem maxime cali-

(r) in *descript. ins. Formos edit. germ. c. 22.* referens: Die meisten Jungfern auf dieser Insel, wenn sie 18. oder 20. Jahr alt werden, bekommen eine gewisse Krankheit, welche wir Chatarsko, oder die Bleichsucht nennen, oder das weisse Jungfer-Fieber: sie machet dieselbe melancholisch,

und benimmt ihnen allen Appetit, ausgenommen zum Ehestand nicht: sie corrumpiret das Geblüt und machet sie ganz blaß; diese Krankheit ist nur dem weiblichen Geschlecht gemein, und ist kein besser Mittel, als der Ehestand.

calida et acris, quae partes muliebres subinde vellicat et irritat, hinc non nisi de rebus venereis cogitationes fouent eiusmodi virgines, quae efficiunt, vt mentis abalienatio circa veneris desiderium contingat. Ex praeternaturalibus symbolum suum huc confert liquoris vaginalis stagnatio, quam quaedam corruptio et mordacitas subsequi solet. Ad huius adfectus prouentum et augmentum multum quoque facit praua ista consuetudo, quae virgines et inprimis lasciuiores, quae alias ad hoc malum procliuiiores sunt, subinde muliebria et vigilantes et dormientes digitis contrectare solent. Facile hic adfectus cognoscitur ex nimia virginum lasciuia, quam non omnino occultare valent. In principio quidem sunt taciturnae et melancholicis similes, mente nondum admodum abalienata, prae pudore a tali lasciuia continere sese, conantur; crescente vero malo, omnem ponunt pudorem, garrulae euadunt, non nisi de rebus venereis loqui et audire amant, viros quoscunque obuios inuadunt, verbis ac gestibus ad coitum inuitant, immo cogunt, sui que stuprationem audissime confectantur, bestiarum more huc et illuc nudato corpore currunt, et, si voti sui non compotes fiant, irascuntur, vociferantur, quin etiam interdum violentas manus sibi met ipsis inferre solent. In hisce clitoris nonnumquam, ex obseruatione BARTHOLINI, aequae ac penis virorum, insigniter tensa ac turgida euadit, extra labia et aperturam femorum prominet, eundo vel alia corporis motione a vestibulis confricatur, feminasque tales ad veneris usum magis et magis accendit. (a) Interdum

(a) Eiusmodi mulieres lasciuiores, quarum clitoris ob saepius exercitam onaniam adeo distenditur, vt prominens virilem penem aemuletur, *Fricatrices*, a CAELIO AVRELIANO *Tribades*, et a P LAUTO *Subigatrices* vocatae ac

pro hermaphroditis habitae sunt; quoniam vices maris apud alias femellas gerere potis fuerunt. BAVHINVS obseruat, clitoridem veneti cuiusdam prostibuli offlicatam, quae hinc quoque ob insignem suam duritiam, mares in

dum hic adfectus est remissior, interdum vero intensior; si est remissior, virgines prae pudore hunc affectum patefacere erubescunt, hinc, si diutius durauerit, contabescunt: in gradu vero intensiori sunt garrulae, muliebria manibus subinde contrectant, et hinc maiorem reddunt titillationem: vt nihil dicam de fricatoriis, quibus pruritus - - - pene dixerim, sed sed manum de tabula. Huius nunc adfectus curatrix fidelissima iterum, citra aliud remedium, etiam existit venus, et quidem ad fatietatem vsque celebrata. SCHENCKIUS allegat mulierem, furore vterino laborantem, quae tamdiu delirauit, donec in taberna a quindecim viris vna nocte compressa fuerit. Idem (b) ex Lib. 2. cap. 9. DOMIN. LEON. art. medend. refert historiam alicuius mulieris temperaturae biliosae, ob liquoris vaginalis retentionem, et coeundi desiderium, (erat enim iuuenis viginti quinque annorum, et nondum nupta fuerat), maniacae et furiosae factae, ita, vt per agros et syluas erraret, et vnumquemque obuium factum, vt secum coiret, prouocabat, et renuentes lapidibus ac conuitiis insectabatur. Denique huiusmodi furorem coitu sedauit: nupsit enim cuidam rustico, vnde conuenientem adepta medicinam, pristinam quoque recuperauit sanitatem. (c)

XXIII.

Agmen denique claudant *passio hysterica* et *motus spasmodici*, immo et *conuulsio* ipsa proprie dicta. Quod quidem malum hystericum attinet, quum iuniores puellae, naturae tenerioris, animi vegeti, et ad quasuis commotiones procliuis, diaeta lauta

coitu adeo laesit, vt saepius propter exortam inde inflammationem chirurgorum medelam quaerere coacti fuerint.

(b) lib. 1. obs. 12. p. 142.

(c) Simile exemplum legitur in PANAROL. Pentecost. 3. obs. 9. et BARTHOLIN. Cent. 2. hist. 69.

lauta sed otiosa vtentes, et animi pathematibus intempestiue indulgentes, atque illae praecipue, quae, pubertatem adeptae, primis statim purgationibus minus rite succedentibus laborant, in eundem delabuntur frequentius; non abs ratione veteres morbi huius originem a semine corrupto deduxere. Nonnulli quidem neotericorum semen huius adfectionis causam negant, eiusdemque retentionem potius sanitatis, quam aegritudinis medium esse contendunt. Nam MERCVRIALIS credit, quod a nobilissimo et elaboratissimo seminis corpore tantillo tanta malignitas exspectanda non sit; quod idem vasis propriis inclusum non putrescat, quum sit ab excrementis liberum, ac potius in nutritionem vasorum cedat; quod denique, si copiosum sit, inter somniandum reddatur et vtero excludatur. Verum, licet quidem priscorum auctoritati aliquid sit tribuendum; nihilo minus retentionem seminis plurimum facere ad passionem hystericaam, tam quotidiana conuincit experientia, quam legitima *Σεραπειύσσις* norma, vel ab ipso GALENO demonstrata. Quis enim, obseruationum medicarum vel mediocriter gnarus, non animaduertit, viduas, quae, quum adhuc in matrimonio viuerent, et concubitus deliciis fruerentur, sanae fuerunt, marito mortuo frequentius fieri hystericas? et quis subitam sanitatis restitutionem post retenti seminis e matrice prouocationem non observavit? Tanta praeterea vis ratiunculis allatis non inest, vt nos a veterum sententia deturbent. Quemadmodum enim seminis conseruatio, si naturalis est, sanitati conducit; ita praeter naturam si fuerit diuturnior, corpori fit onerosa et vitiosa. Quo nobilior etiam semen est, eo perniciosius ac virosius efficitur putredine, maxime vero femineum, quod, siquidem frigidius ac humidius est masculino, corruptioni minus resistit, sed facilius corrumpitur ac malignius euadit, imprimis in corpore cacochymico et excrementorum re-

F

cepta-



ceptaculo, matrice. Non solum vero in vtero deprauari potest, sed etiam in vasis obstructis: quandoquidem longinquitate temporis nativus calor exhalat, ac materia feminis in virulentum ichorem degenerat. Neque vero semper, vbi copia peccat, per gonorrhoeam exoneratur. In virginibus enim pororum angustia, in viduis plerumque vasorum oppilatio viam intercludit. Multo vero minus euinci potest, tam grauem et periculosum adfectum a tantillo feminis corpusculo non oriri posse. Quamuis enim sit exiguum, et in vno corporis loco, matrice videlicet, remaneat, quantum tamen, si prolificum fuerit, ad impraegnationem conferat, et quantum etiam, si vitiatum, turbarum ac molestiarum vniuerso corpori parere possit, ex aliis non difficile coniciendum. Quis physicorum et medicorum enim ignorat, quod phalangii morsus vix notabilis, quod scorpionis ictus, velut acu factus, quod rabidi canis salua leuiter cuti communicata, quod marinae torpedinis ingens potestas in totum corpus vires maximas exerant, ac saeuissima ciant symptomata? quis mirabilem magnetis virtutem ferrum attrahendi negat? equis igitur feminis, *παρὰ φύσιν* asseruati, et in virulentiam commutati malignitatem corpori non exitiosam fore, pertinaciter affirmabit? Peccare hic liquidum vterinum, vel ex eo patet, quod finito paroxysmo hysterico copiosus humor ex muliebribus per saepe effundatur; contractione nempe ista fibrarum vteri et vaginae spasmodica comprimuntur glandulae subiacentes et liquor latitans emungitur. Hinc ergo est, quod virginibus et viduis, hac ex causa hysterice, optima curationis spes ex coniugio veniat. Malum hystericum ob retardatum coniugium referunt Ephemerides. (a) Eaedem quoque asserunt (b), coniugium

(a) Dec. I. Ann. IX. obs. 42. p. 117.

(b) Dec. II. Ann. VII. p. 224.



gium virginibus hysteriæ medicinae loco esse, et, si imprægnatio succedat, sæpe ab illo morbo liberari, quæ extra illud tempus eo anguntur. (c) *Epilepsiæ hysteriæ* pariter causa, uti in veneris defectu, et liquoris feminalis stagnatione hæret, ita et curam in veneris usu et liquoris excretionem inuenit promptissimam. Sic AMBROSIVS STEGMANNVS dedit obseruationem de epilepsia diuturna virginis, post congressum cum viro sublata, sed eo iterum denegato, postea in furorem vterinum mutata. (d) Similem historiam narrat IOANNES DOLAEVS (e). Coniugio curatum esse caducum muliebrem, testantur *Ephemerides germ.* (f) et ALHARDVS HERMANNVS CVMIVS. (g)

F 2

cum

(c) plura exempla vid. apud BRUNNER *Conf. 66.* LAEL. a FONTE *Conf. 64.* FOREST. *lib. 28. obs. 25. 26. 29. 32. 33.* ZACVT. LVSIT. *lib. 2. prax. admir. obs. 85.* SCHENCK. *lib. IV. obs. fol. 703.* GABELCHOV. *Cent. 4. cur. 95. in schol.* FONSEC. *lib. 2. conf. 33.* PANAROL. *pentecost. 4. obs. 1.* ROLFINC. *ord. et method. comment. lib. XIV. Sect. 3. c. 7. p. 1019.*

(d) in *Ephem. med. phys. germ. A. N. C. Dec. III. A. 1. Anni 1694. p. 29.* Virgo quaedam Wettinensis, nomine Magdalena Matzin, per 10. annos præter propter epileptica, in ceteris autem optime sana et mentis suæ compos. Huic a medico suadet, ut veneris exercitio, tanquam certissimo epilepsiæ remedio, vteretur, quod etiam dicto citius cum milite quodam intendit. Reuocato autem milite ad castra, melancholiæ rotam se dedit, et diuersis vicibus, ratione omnino destituta, nuda quaesivit suum amicum in hospitio, usque dum delira periret.

(e) in *Ephem. N. C. Dec. III. A. II. Virgo 22. annorum, temperamenti viridi et sanguinei, amore prosequuta est iuuenem, et cum eidem ob sanguineorum denegatum consensum, nubere non auderet, incidit in febrem continuam. Adhibebantur a medicis varia remedia: febris quoque cessare videbatur, quam tamen excipiebat epilepsia, et quoties die 8. vel 9. sustinebat paroxysmos. Ego in consilium vocatus, varia adhibui medicamenta antimoniatâ, et quidem cum felici effectu, remittebant paroxysmi sed quoties iuuenis iterum ad ipsam accedebat, statim et accedebant paroxysmi, tandem cum alio suasi coniugium, quod adgressa est, in quo etiam absque ulla recidua optime viuit.*

(f) *A. N. C. Dec. I. Ann. IX. p. 113.*

(g) in *Eph. med. phys. curios. A. 1. Ann. 1670. obs. 86. p. 204.* Nora est mihi, inquit, nobilissima quaedam femina, quæ, quum virgo adhuc ætatis mensuram retentione epileptica fieret,



HILDANVS (*h*) epilepticam cum motitationibus clunium, ac si cum viro coiret, refert. ROLFINCIVS scribit de virgine nobili, quae ex abundantia et intemperie feminis, epilepticis affligebatur symptomatibus; haec variis et probatissimis alias utebatur remediis, sed in cassum, hinc accepit consilium, vt ope digitorum et applicatione pessariorum ex cyclamine, cepis, alliis, cum felle taurino confectorum, titillationem ac feruorem quandam in vtero, pollutionemque procuraret, et sic semen immiueret; quo etiam facto, copiosum semen excernens, sana euasit. An vero huius generis remedium sit suadendum, et annon potius contra religionis principia pugnet, vtpote, quum feminis profusio, temere facta, diuinitus interdicta sit, Theologis relinquendo diiudicandum; interim tamen, si non ad lasciuiam, sed ad sanitatem potius restituendam adhibeatur, concedi posse existimo. Consultius enim videtur, memorata artificiali feminis proocatione vitam feminae seruare, quam, neglecto hoc remedio, illam perdere, praesertim, quum id, quod spermatis nomine venit, non amplius sanum sit atque vtile liquidum, sed virulentum, quod saeuissimorum adfectuum vel etiam mortis causam suppeditare potest. Adplicari hic poterunt, quae AVGVSTINVS habet: *si non seruasti, ubi potuisti, occidisti; a morte vero vindicat, qui a veneno liberat.*

XXIV.

In *suppressione mensium*, venerem, quum blandum humorum orgasmum excitet, et hac ratione ad referenda vasa obstructa aliquid conferat, si honeste fieri poterit, non denegandam existimo; si enim foecun-

a medico persuasa, vt se viro substerneret. Inde grauida, feliciter peperit puellam, a puerperio autem

optime purgata, prorsus ab epilepsia libera euasit.
(*h*) *Cent. 4. obs. 32.*

foecundetur uterus, omnia eius vasa expanduntur, et sic transitus sanguinis per illa liberior euadit. Periodica etiam *narium stillicidia*, animique deliquia saepissime matrimonium curauit. Sic IOH. THEOD. SCHENCKIUS narrat, virgini cuidam plethoricae, haemorrhagiam periodicam narium creberrime accidisse, quam, maioris mali metu perterrita, quoties adpersione aquae frigidae supprimeret, toties in animi deliquium incidisse, quod non prius remisit, quam cursus sanguinis, remediis nares irritantibus et titillantibus adhibitis, reuocatus fuisset. Maritum vero nacta, multorumque liberorum matre facta, periodica ista narium stillicidia, animique defectus subortos inde omnes euauisse. Idem remedium in animi deliquiis probatum fuisse, testatur RÜDIG. FRID. OVELGÜN. (a) LANZONIUS (b) adducit nobilem puellam, pluribus mensibus *quartana* detentam, ab eo autem tempore quo cum neo-sponso suo concubuerat, numquam amplius dicta febre fuisse tentatam. An ad id vero plus praegressus a salta-

F 3

tione

(a) In actis med. phys. acad. caes. Leopold. carol. N. C. Vol. V. Anno 1740. obs. 159. p. 527. scribens: *Vel 100. virgines noui, animi deliquiis frequentibus obnoxias, prorsus curatas ut primum matrimonium inuenerit, ita, ut matrimonium in iunioribus, primam senectutem in senioribus unicum huius animi deliquii remedium dixeris. Excitantia odorifera, fumus chartae coeruleae, nitrata, succinata, castorina, ambrata, cum reliquo apparatus uterinorum demulcentium, orgasmum liquoris seminalis temperantium, ex methodo adhibita, faciunt palliatue multum, et quod possunt, non aequo semper quod debent. Isthaec interea ceteris efficaciora numquam non deprehendi,*

non neglecto mensium fluxu, quem tardiozem et insufficientem videbis, maxima ex parte in talibus virginibus viro maturis, et iugum pati pronis, nec facile ordinariis remediis sollicitandum. Adstantes mulierculas saepius in risum noravi effusas, quoriscunque medici, hoc animi deliquii genus, causa genuina non ponderata aliter quam uterinum, nominare se curare admissi sunt. Quo in casu ipsas conuulsiones uterinas horrendo spectaculo successisse recordor. Nihil autem, ceu iam meminimus, tanto iuuentulis fuit adiumento, quam matrimonium.

(b) Eph. N. C. Dec. II. Ann. IX. obs. 128.




tione sudor, forte secum vna et morbi causam auferens, fecerit, an vero extinctum aut tamen mitigatum concubitus desiderium, alii iudicent. Multo plures quidem ex simili excernendorum per coitum retentione delineandi adfectus restarent, quales sunt *Pica*, seu appetitus inustatorum, cuius exemplum habet RIVERIUS (c), item, *Vomitus horrendi*, qui nonnunquam etiam extra grauiditatis statum vllum in virginibus nubilibus, viduis iunioribus, et aliis quoque se exserunt; verum enim vero, singulos hosce et reliquos adfectus vberius contemplari, hac vice constituta nobiscum breuitas prohibet.

XXV.

Ex haecenus recensitis abunde patefcere opinor, quod coitus, tempestiue et secundum naturae leges susceptus, et per consequens etiam matrimonium multis sexus vtriusque morbis medellam adferat. Nolo itaque diutius huius argumenti ventilationi immorari, sed Coronidis saltem loco circa hanc sanandi rationem, quam adeo commendavi, quia multum considerationis meretur, sequentia adhuc monebo: 1) Valere, vt alias, ita in morbis praefertim, debent praecepta honesti, decori, et ante omnia pietatis: contra quae neque a medico, neque ab aegro in curationibus vlla consilia admitti velim: 2) His probe obseruatis, videat tum medicus, quid morbi ratio, et aegri reliquus status efflagitet, vel permittat: 3) Quam curae etiam aliorum praecipue relinquendum habeat, quomodo aeger in tali aliquo casu, ad meliorem et quietiorem mentem reduci queat; ita ipse sciat, illa amoris remedia non omnium statui conuenire; in multis vero ma-
lum

(c) Cent. 4. obs. 93.


lum exasperare, adeoque tandem 4) ad ea confugiat remediorum genera, quae intemptuos adpetitus, et morbi cauffas, in corpore praefertim haerentes, alio modo emendent.



CORRIGENDA.

Pag. 24. nota (a) hinc PANAROLVS cet. deletur, et loco eius: *lib. 4. Prax. part. 2. Sect. 3. c. 2. p. 215.*

Pag. 25. lin. 17. post verbum: *pariant*, ponatur asserificus, cui respondent verba notae praecedentis (a) deletae: *hinc Panarolus cet.*




PARER-



P A R E R G A.

- I. *Etiam anima medici curae subiicitur.*
- II. *Ligamenta uteri sic dicta rotunda non terminantur in pinguedine, sed tendunt ad crura clitoridis.*
- III. *Erravit I. M. HOFFMANNVS, qui existimauit, clitoridem destinatam esse pudendo, ne collabascet, sustinendo.*
- IV. *Reapse datur hymen, sed, quod raro adeo inueniatur virginitatis hic thesaurus, in culpa plerumque est petulans virginum curiositas et intempestiua lasciuia, rarissime morbus.*
- V. *Lac in mammis virginum corruptae virginitatis signum non est.*
- VI. *Venter rugosus non sufficit ad probandum praegressum puerperium, nec idem, laeuis satis ac strictus, pro asserenda virginitate.*
- VII. *Virgines proinde, saluo castitatis flore, atque feminae, in viduo toro iacentes, molas utero suscipere possunt.*
- VIII. *Philtrum dari, quo mediante vnus homo in alterius amorem possit rapi, nego.*
- IX. *Medicamentis interim ad venerem vtrumque sexum instigari posse, et rationi et experientiae consentaneum.*
- X. *Saltatio foecunditatem promouet, hinc tempore nuptiarum neogamis est concedenda.*



IOANNIS

20.

IOANNIS FRIDERICI
CARTHEVSER

MEDICINAE DOCTORIS ET PROFESSORIS PVBLICI ORDINARI
FACVLTATIS MEDICAE H. T. DECANI

ET

AD HVNC ACTVM CONSTITVTI
PROMOTORIS

PROPEMPTICON INAVGVRALE

DE

FEBRIBVS INTER-
MITTENTIBVS
EPIDEMICIS.

FRANCOFVRTI ad VIADRVM

TYPIS I. C. WINTERI, ACAD. REG. TYPOGR.

c1515ccxxxviii.

G




IOHANNIS FRIEDERICI
CARSTENII

PHYSICAE DOCTORIS ET PRAECEPTORIS
ACADEMIAE MEDICAE HALLENSENSIS

DE
PROMOTIONE ACTUM

PROMOTIONIS

DE
FERRIBVS INTER
MITTENTIBVS
EPIDEMICIS



In plerisque Germaniae tractibus hoc et praeterito anno de refractariis ac saepe recurrentibus febribus intermittentibus multas querimonias auditas fuisse, et etiamnum hinc inde audiri, medicos praesticos latere nequit. Non vulgares profecto haec febres sunt, vti aliqui, tritae duntaxat methodo adfuefacti, aurumant, sed jure ad epidemiarum classem, nisi omnes, certe tamen quamplurimae, referri merentur, et longe aliam ideo, quam ordinariae, ob genium suum, atque originem plane singularem, medelam postulant. Clarius, quod spero, memorata ex breui originis, symptomatum, atque causarum contemplatione ac comparatione, quam protinus subjungam, patebunt. Vulgares febres intermittentes, siue sint quotidianae, siue tertianae aut quartanae, cruditatibus, nunc pituitosis, nunc mucido-biliosis, nunc tenacissimis pituitoso-acidis, in prima culina coaceruatis, natales suos praecipue debent: Impura haec colluies, cuius generi varii errores diaetetici circa alimenta, adfectus animi, praesertim iracundia, terror, et moeror, aliaque occasionem praebent, perenni ipsius uentriculi et intestinorum actione sensim resoluta ac mobilis reddita, successiue, nisi tota, quoad notabilem tamen, immo maximam, partem, ad sanguinem et lympham

pham transit, eorundemque systasin naturalem miscela sua corrumpit, et solidas quoque partes neruoso-membranaceas continua pressione, et iterata vellicatione, quoties scilicet, mole magis magisque aucta, in tubulis capillaribus subsistere, et circuli libertatem sufflaminare incipit, ad contractiones, solito vehementiores, adeoque spasmodicas, impellit: Hinc aliter omnino fieri nequit, quin auctiori et celeriori huic contractioni primo violenta cruoris ex peripheria corporis ad centrum, seu ex vasculis capillaribus ad canales majores pressio, eidemque protinus sociata horripilatio, nonnunquam satis diuturna, tandemque, hac cessante, per corpus vniuersum non sanguinis solum, sed caeterorum pariter humorum circuitus impetuosior atque velocior, cum notabili ac pressus praeternaturali caloris incremento, vno verbo, febris succedat, tamdiu necessario perseuerans, vsque dum translata et disseminata materiae obstruentis, prementis, vellicantis, portio iterum excussa, in motum redacta, et post sufficientem resolutionem, cui motus febrilis egregie velificatur, per cribrum cutis et vias urinarias exclusa fuerit. Peracta hac excretionem, temporariae quaedam turbaram sensibilibus induciae, pro differenti adducendae materiae solubilitate, nunc breviores, nunc longiores, notantur: Temporariae, inquam, induciae; toties quippe nouus paroxysmus redit, et memorati igniculi febriles, praeuia horripilatione, rursus in sanguine accenduntur, quoties sufficiens iterum ac noua materiae inimicae moles ex primis viis ad liquida circulantia transmissa fuit. Quare, quo maior etiam saburrae in prima culina collectio est, quo magis praeterea ventriculi et intestinorum coniuncta imbecillitas nouarum cruditarum genesi fauet, eo diutius quoque descripta luditur tragaedia. Et inde pariter cuius facile perspicere licet rationem, cur practici rationales, vulgaris febris intermittens curationem suscepturi, magis de minera febrili

brili praeparanda, fomiteque subtrahendo, quam de ipso motu febrili, quem recte consuetum, et per saepe saluberrimum, naturae remedium iudicant, sedando ac cohibendo solliciti sint, cur in principio aliquamdiu incidentia, abstergentia, temperantia etc., deinde emetica, aut cathartica exhibeant, et cur tum demum, si nempe, ob refractariam morbi indolem, necesse sit, ad decantatissimi corticis Peruuiani, similiumque usum confugiant, quando, viscerum obstructionibus referatis, et prima culina debite purgata, nihil amplius, nisi flacciditatis seu atoniae emendatio, quam cortex Peruuianus, et huius commatis reliqua constringendo ac roborando praestant, peragendum restat. Prolixius memorata ventilare, et quaeuis momenta argumentis variis, a ratione non minus, quam experientia desumptis, corroborare possem ac vellem, nisi hic subsistere memet, et februm intermittantium epidemiarum originem, naturam, et causam distinctam paucis quoque exponere, scopus iuberet: Causam voco distinctam, quoniam unice ad eminentem densitatem, spissitudinem, muciditatem, et scorbuticam acrimoniam sanguinis ac lymphæ redit, adeoque locus natalis, et prima harum februm incunabula neque in ventriculo, neque intestinis, sed in ipsis humoribus circulantibus quaerenda sunt. Altius igitur seu e longinquo, ex incongrua nimirum, et inimica atmosphaerae constitutione, tempestatumque frequenti ac prorsus singulari vicissitudine annorum praecedentium prima ac vera deprauatae huius consistentiae atque temperiei origo petenda erit. Ad finem quippe properante anno supra millesimum et septingentesimum quadragesimo septimo per binos menses tepida, nebulosa ac pluuiosa tempestas erat, quae, fibras relaxando, partium solidarum tonum valde deiiciebat, et humoribus omnibus, ob circuli languorem, et se-et excretionum imminutionem, non spissitudinem solum ac muciditatem, sed



scorbuticam quoque acrimoniam ingenerabat. Humidae huic ac tepidae aeris constitutioni sub initium anni sequentis repente gelu succedebat intensissimum, ad vernale vsque tempus sine memoranda propemodum remissione perdurans, quod nonnihil quidem, fibras laxas constringendo, atoniam solidorum, nequam vero humorum vitia, emendauit, sed lymphae potius atque cruoris spissitudinem auxit. Frigoris saevitiem, paucis interiectis hebdomadibus temperatis, contra verni temporis naturam, fat magnus excipiebat aestus, qui humores crassos, mucidis acribusque quisquiliis inquinatos, commouere, attenuare, et, largioris transpirationis beneficio, depurare incipiebat; verum, cum subito iterum asperiores venti boreales flarent, et frigore suo exhalationem cutaneam, haecenus largiorem, denuo supprimerent, coepta resolutio ac depuratio rursus cessabat, et relictæ partes, impurae, pituitosae, acres, copiosissimæ, in transitu suo ad corporis peripheriam maxime interceptae, in tubulis capillaribus subsistere, eosdemque pertinaci inhaesione sua magis in dies magisque obstruere cogebantur. Ad summum tandem densitatis, spissitudinis et acrimoniae gradum cruor ac Lympa peruenerunt, cum iterum aestus ingens ac valde diuturnus insequeretur, et animantium corpora, quae, durante hac tempestate aestuosissima et siccissima, continuo ac forti sudore ferme diffluebant, relictis partibus impuris, tam promte ob crassitiem et acredinem sequi, ac simul exire nescientibus, maximam seri diluentis, ac contemperantis iacturam facerent. Non mirandum itaque fuit, quod, crescente in dies canalium obstructione, aucta hostili impuratum subsistentium, et passim firmiter impactarum pressione ac vellicatione, et funesta imminente circuli humorum sufflamine, tandem apud homines, indicato fluidorum vitio eminentius laborantes, febris, satis plerumque vehemens, diuturna, atque rebellis,

bellis, apud alios intermittens solitaria, saepius tertiana, quam quotidiana, et quartana, apud alios duplicata, h. e., intermittens, ac simul continua supervenerit. Confirmant causam allegatam non symptomata solum, sed lædentia pariter atque iuvantia: Apud subiecta enim quam plurima, intermittente in primis continua correpta, frigus exiguum fuit atque breuissimae durationis, insequens aestus verofatis fortis, et apud multos multasque patientes adeo diuturnus, ut post primum febris insultum, et primam, eamque leuiorem, horripilationem, recurrentium paroxysmorum accessiones, modo regulares, modo valde irregulares ac vagabundæ, vix amplius attendi potuerint, nouumque supervenire, magis inquietudinis, anxietatis, et aestus incrementum, quam praecurrens horripilatio, monstretur. Aestus plerumque largi iungebantur sudores, qui aegros non parum quidem debilitabant, et febris lentescens speciem morbo conciliabant, summe nihilominus necessarii erant. Nam, quoties paullulum supprimebantur, vel sponte etiam prorumpere cessabant, apud aliquos leue animi deliquium superueniebat, apud singulos anxietas cum symptomatibus reliquis increfcebat, et natura protinus materiae impurae excretionem per alia loca moliebatur: Et inde quoque factum est, vt apud nonnullos tussis pituitosa, apud alios diarrhoea, immo apud paucos parca quaedam narium haemorrhagia accesserit. Sanguis, vena extractus, ordinario spissus erat, et muco adeo plerumque re-fertus, ut interdum magis pituita cruenta, quam verus sanguis e vena incisa effluere videretur; interdum tamen sanguis floridus, miniati prorsus coloris, obseruatus fuit, densus nihilofecius, ad coagulum pronissimus, et scorbuticis salibus sine dubio valde impraegnatus. Vrina, nunc aurantii saltem, nunc rubri saturationis, nunc fusco-nigricantis coloris, admodum crassa erat, et post moram aliquam copiosa recrementa, vel albicantia ac mere mucida,

vel



vel mucido-lateritia ad vitri fundum deponebat. Larga hæc impuritatam per vias urinarias excretio apud multa subiecta per aliquot interdum hebdomades citra intermissionem perduravit. Nonnunquam, rarius tamen, hinc inde tubercula purpurata, et maculæ scorbuticæ in conspectum venerunt, quæ diu tamen in superficie persistere renuebant, sed post modicum temporis intervallum iterum disparebant. Venæsectio, ante primum morbi accessum instituta, multis profuit, postmodum vero, febre nimirum jam præsentem, administrata, nihil emolumenti attulit, sed criticas excretiones aliquantulum potius turbavit. Emetica et purgantia, quæ in vulgaribus febribus intermittentibus, præmissa cruditatam præparatione, locum inveniunt, immo inter bona omnino ac necessaria remedia militant, plus nocuerunt, quam profuerunt, quum materiam febrilem, per massam humorum unice disseminatam, minime valuerint eliminare, sed, liquidiores solummodo succos educendo, sanguinemque exagitando, æstui augmenta dederint. Idem de tincturis amaris, aromaticis et quibusvis aliis medicamentis calidioribus, nec minus de famoso cortice Peruviano, dicendum venit. Cortex hic, quod supra pridem retuli, ob terreo-resinoso-gummeum principium amaricans et austerum, blande roborat, et valide inprimis constringit, adeoque in vulgaribus, iisque refractariis, febribus intermittentibus, præmissis tamen præmittendis, ad robur primæ culinæ reducendum, tuto in usum vocari potest, in epidemicis vero, de quibus hætenus disserui, nullum plane locum invenit, sed oblatum sæpe vires veneni exercet. Quid sibi enim fibrarum ac tubulorum constrictio vult, quando humores, hinc inde pridem subsistentes, et incarcerati quasi, periculosas vasorum, præsertim capillarium, obstructions pariunt? Nullam profecto usum rationem hic invenio, et iterum proinde iterumque pronunciare

re audeo, corticem hunc in descriptis similibusque febribus non salutare, sed valde nocivum remedium esse, quoniam scilicet, tubulos coarctando, circuli libertatem magis turbat, necessariam faburræ resolutionem et excretionem cohibet, vasorum ac viscerum obstructions auget, et prava pathemata, febre longe graviora, ominosam videlicet vertiginem, capitis stupiditate, et visus obscuratione plerumque stipatam, asthma cum vehementi pectoris constrictione, anxietates præcordiales, tumores viscerum imi ventris, oedemata membrorum &c. producit. Nonnulli quidem ad experientiam provocabunt contrariam, et, quum usum hujus corticis semel vel aliquoties innocuum invenerint, prædictis serio contradicere non dubitabunt. Sed hisce respondeo, febres, quas corticis chinae usu feliciter profligarunt, non descriptas epidemicas, sed intermittentes vulgares, fuisse, et si forsan fuerint, sanitatis labem, nisi protinus, ob singulare naturæ robor, successerit, suo tempore certissime infecuturam esse. Quod me attinet, nunquam hoc remedium in febribus hisce adhibui, sed easdem æque ferme, ac mere continuas, tractavi, et diluentibus inprimis, temperantibus, blande resolventibus et diapnoicis, quibus subinde leniora roborantia, nec minus, febrili nimirum faburra simul in primis viis hospitante, vel illuc quoad partem critice translata, laxantia interposita fuerunt, cruoris ac lymphæ resolutionem, et resolutæ impuritatis excretionem per vias congruas promouere satius iudicaui. Methodum hanc, quam attenda originis, naturæ atque causæ specificæ consideratio suadebat, postea plerorumque etiam, immo, si absque arrogantia nota licet dicere, omnium, quorum cura mihi tempestive fuit demandata, quique præscriptæ vivendi normæ decens præstiterunt obsequium, felix restitutio satis comprobavit, ita, ut aliis quoque eandem commendare, nullus

H



nullus dubitauerim. Sed, hac vice memorata sufficiant: Nunc enim ad reliqua pariter, quorum gratia de febribus intermittentibus, tam vulgaribus, quam epidemicis, pauca praemittere placuit, ad *Clarissimum* nempe *artis nostrae Candidatum*, *Dominum IOANNEM GEORGIVM KRÜNITZ*, de *Matrimonio multorum morborum remedio* disputaturum, transire, et quae literis de ortu suo honesto studiorumque ratione mandauit, protinus verbis ipsissimis inferere, consultum, imo necesse duco:

Mihi IOANNI GEORGIO KRÜNITZ *prima lucis usura contigit, Anno restitutae per Christum salutis, supra millesimum septingentesimum vigesimo octauo, mensis Martii die 28, Berolini, ubi natus sum patre, GEORGIO CHRISTOPHORO KRÜNITZ, mercatore ibidem honestissimo, matre autem DOROTHEA CATHARINA, sanguine FRITSCHIANO oriunda, quibus, quae singularis DEi ter optimi terque maximi est clementia, salutis adhuc superstitionibusque gaudeo. Prius hisce antiquiusque nihil fuit, quam ut omnibus, quae ad immortalis numinis gloriam, patriae emolumentum, suam denique ipsorum spem et gaudium facerent, satis superque imbuerer. Quo nomine, aetate musis apta, scholis patriae publicis priuatisque me deuouerunt, nihilque prorsus intermiserunt, quod proposito huic consummando ullo modo inseruiret. Leucophaei Berolinensis, per nouem integros annos, alumnus fui, ac septies attibus oratoris publicis me exercui. Hoc in gymnasio, beatus nunc IOANNES LEONHARD FRISCH, Rector, M. MARTINVS GEORGIVS CHRISTGAV, t. t. Conrector, iam vero scholae Senatoriae Francofurtensis Rector celeberrimus, IOACHIMVS CHRISTOPHORVS BODENBURG, Rector iam Leucophaei Berolinensis, M. NATHANAEL BAYMGARTEN, t. t. Conrector, nunc autem Inspector et Pastor primarius Ecclesiarum sic dictarum Wer-*
de-



deranae et Neopolitanae vigilantissimus, D. GROTIAN, t. t. Subconrector, iam Pastor legionarius, B. IOANNES LVDOVICVS WACHSMANNVS DE BYRTHMANNSTHAL, Subrektor, IOANNES IACOBVS WIPPELIVS, Prorektor, et IOANNES FRIDERICVS BEHRENDT, Conrektor olim doctissimus ac fidelissimus, nunc verbi diuini minister Walchouiensis, summam fidelitatem studiumque non vulgare in me collocarunt, quorum quippe op^e non solum litterarum humaniorum delicias venereque in succum et sanguinem conuerti, sed et philosophiae capita potiora, rerumque gestarum historiam apprehendi. Neque vero in hisce solum subsiti, sed in studio etiam medico, quod numquam non in deliciis meis habui, cuiusque amore ac desiderio a teneris iam annis flagraui, qualemcunque impendi operam, Ad artis autem medicae penetrabilia primum aditum mihi aperuit patria quasi medicorum academia, Collegium nempe Medico-Chirurgicum, quod Berolini floret. Sub illustris enim atque excellentissimi Physices et Anatomes Professoris, D. D. AVGVSTINI BYDDEI, qui arte corporum concinne ac scienter dissecandorum nulli secundus, Directione, per tres annos demonstrationibus anatomicis publicis, et dissectionibus priuatis interfui, manum mihi et cultellum ducentibus, praenobilissimo D. IOANNE FRIDERICO MECKEL, Med. Doct. et regiae societatis scientiarum membro, nec non clarissimo D. AVGVSTO SCHAARSCHMIDT, Med. Doct. et Theatri Berolinensis profectore dignissimo. In instructissimo medicorum hortu Berolinensi Botanices fundamenta ieci, excellentissimo D. MICHAELE MATTHIA LVDOLFF, et curiosissimo plantarum indagatore, D. IOANNE GOTTLIEB GLEDITSCH, ducibus. Eundem etiam LVDOLFVM, Elementa sua pharmacologiae solide explicantem, materiamque ipsam medicam solerter demonstrantem, audiui. Physiologiae praeceptis ab excellentiss. D. HERMANNO FRIDERICO MVZELL imbutus sum. Chymiam tam pharmaceuticam,



quam curiosam, apud celeberr. D. IOANNEM HENRICVM POTT audiui. In Matheſeos diſciplinis, D. AVGVSTINVM GRISCHOV ſequutus ſum. Therapeutices partem a feliciffimo Berolinenſium pratico, D. THEODORO SPROEGEL didici. Chirurgiam denique, iam theoreticam quam practicam, apud clariff. D. SIMONEM PALLAS audiui ac vidi. Initiatus ſic principibus medicinae partibus, officium, quo medici, in Pruſſicis terris aliquando praexin exercituri, tenentur, anticipavi, curſumque, quem vocant, anatomicum ſex lectionibus et demonſtrationibus abſolui. Tam late autem ſeſe quum extendat diuinæ medendi artis campus, ut, ſummo licet ſtudio in ſtadio ipſius progrediamur, a via tamen ſæpius aberremus, neceſſitatem hinc impoſitam mihi videbam, Academiam petendi, et eiufmodi ſeligendi locum, in quo virorum, cognitione medica pariter ac ſanandi felicitate conſpicuorum, praeceptis, tanquam ſilo quodam Ariadneo, ad abſtruſtiora huius ſtudii penetralia feliciter et velociter deducerer. Collocatis itaque inter ſe rationibus, Anno MDCCXLVII. Gottingenſes ad Leinam muſas ſalutavi, quarum in me fauorem atque ſolicitudinem depraedicare ſatis non poſſum. In eo autem totus ibi fui, ut artis ſalutaris praecepta, ea, qua par eſſet, ſedulitate ad diſcerem, ſpeiſque adeo patriæ et parentum, iam pridem de me conceptæ, vicunque fieri poſſet, ſatisfacerem. Albo itaque ſtudioſorum, quum illuſtris et longe experientiſſimus HALLERVS ſceptra academia teneret, nomen dedi. Nihil autem ſolidæ eruditioni medicæ magis obſtare ratus, quam philoſophiæ naturalis contemptum neglectumque, virorum excellentiſſimorum, IOANNIS ANDREAE SEGNERI, et SAMVELIS CHRISTIANI HOLLMANNI Lectionibus phyſicis, iisque theoreticis pariter ac experimentalibus, numquam non adſui. Quibus praeſiſſis, ad ipſum artis medicæ ſtudium propius acceſſi. Anatomici immortalis, ALBERTI HALLERI ſermonibus anatomicis, in Heiſteri compendium habitis, nec
non



non praelectionibus physiologicis, sedulo interfui, quo ipso etiam in botanicis lectionibus et per Göttingenses agros excursionibus frequentissimis usus sum hodiego. Instar autem omnium mihi fuit excellentiss. D. GEORGIUS GOTTLOB RICHTER, quocum uno lecto eademque mensa frui licuit, cuius incredibile fere in me studium, docendique fidelitatem, omni elogio maiorem, nullo non tempore sum exosculatus, et ad cineres usque exosculabor. Huic historiam medicinae, praecepta diaetetica, ac institutiones practicas, solide ac suaviter tradenti, sedulus adhaesi auditor. In profundissime cogitantis et loquentis I. A. SEGNERI Collegiis mathematicis, patulas praebui aures. Nec B. D. IOANNEM GOTHOFREDVM BRENDDEL praetermisi, quem physiologiam, pharmaciam et materiam medicam exponentem audiui. In studio philosophico, celeberrimorum virorum D. CHRISTIANI ERNESTI SIMONETTI, D. GEORGII HENRICI RIBOVII, D. LUDOVICI MARTINI KAHLII, et D. SAM. CHRIST. HOLLMANNI scholas, nauiter, ut par est, visitavi. Ita autem, dum annitor mentem alere discendo, eodem anno, Societas, quae in alma Georgia Augusta regis auspiciis, et sub vastissimae eruditionis viri, D. IOANNIS MATTHIAE GESNERI praesidio floret, Teutonica, me esse inter membra sua ordinaria iussit, qua simul occasione aetheticas vernaculae linguae delicias altius degustare mihi contigit. Omnium huius societatis meritiſsimorum membrorum, eorumque, quam mihi praesliterunt beniuolentiam, cum sincero candoris ac amoris adfectu, debitaque gratiarum actione, recordor. Sed Prussicas etiam Academias adire mecum constitueram, quapropter fama Halae Magdeburgicae Anno MDCCXLVIII. me traxit in florentissimam suam musarum sedem, cui tunc praesuit E. T. O. VRSINVS, meque in ciuium numerum recepit. Eius Academiae publicos celeberrimosque Doctores salutavi, et quantum per temporis breuitatem licitum fuit, eruditissimis illorum lectionibus dicaui.




*Sed mox consilium mutavi, eodemque anno, cuius numquam me po-
nitebit, Francofurtum ad Viadrum petii, et t. t. magnifico Vniuersi-
tatis Rectori, B. IOANNI FRIDERICO POLAC, nomen ac fi-
dem dedi. Heic certe, quot Professores, tot patronos ac fautores ve-
nerari, mihi contingit. Non sine insigni emolumento generosissimi
D. CAROLI AVGVSTI a BERGEN, lectionibus de morbis mu-
lierum, semioticis, de formulis conscribendis et materia medica, in-
terfui. Fructus vero maxime uberes retuli ex viri excellentissimi,
D. IOANNIS FRIDERICI CARTHEVSEI, Promotoris mei
aeternum deuenerandi, collegiis, quae in physiologiam, pharmaciam
et materiam medicam aperuit: sedulus etiam eiusdem collegium pa-
thologico-semiotico-therapeuticum, nec non casuale practicum speciale
audiui, et priuatissime chemiam theoretico-experimentalem, immo
nouissime omnium dogmata scitu necessaria de cognoscendis et curan-
dis morbis mulierum et infantum, qua potui attentione, ab eo hausit.
Apud excellentiss. D. IOANNEM FRIDERICVM POLAC, uni-
uersum cursum mathematicum repetii, eiusdem quoque demonstrationi-
bus de notabili, quam vidimus anno superiori, Ecclipsi terrestri,
et de vero Systemate mundi, adsui. Tandem quoque $\chi\epsilon\pi\epsilon\iota\sigma\tau\epsilon\varsigma$ phi-
losophorum, D. ALEXANDRI GOTTLIEB BAVMGARTEN,
scholas philosophicas visitaui. Omnibus hisce nominatis Doctoribus
et Professoribus meritissimis doctissimisque, quorum laus, dum eru-
ditioni suae habetur honos, numquam interitura est, ob solidissimam
fidelissimamque instructionem tantum me debere publice profiteor, quan-
tum persolvere impar sum. Egregiis itaque optimorum praecepto-
rum doctrinis munitus, fructus illos, quos percepiisse laetus lubensque
profiteor, in usum aegrotantium conferre, et fauente diuino Numine,
cultae artis experiri successum cupio: Antea vero gratiosum medico-
rum ordinem adii, et, ut auctoritas publica, ac honores academici, ii-
que in Medicina summi, si in examinibus, eum in finem instituendis,
tali-*




talibus honoribus dignus existerem, mihi conferrentur, ea, qua par est, obseruantia petii.

Plura hisce addere nolo, sed paucis solummodo tessor, nostrum hunc Candidatum in examinibus, quæ sustinuit, bonorum profectuum, et scientiæ solidioris præclara dedisse specimina, ut potestas ideo eo lubentius ipsi concessa fuerit, crastina luce, inauguralem suam Dissertationem, quam proprio Marte elaboravit, sine Præside, publico examini subjiciendi. Quem actum solennem ut **MAGNIFICVS VNIVERSITATIS RECTOR, PROCERES ACADEMIAE EXCELLENTISSIMI, cæterique LITERARVM FAVTORES, nec minus GENEROSISSIMA et NOBILISSIMA STUDIOSORVM CORONA** splendidiorem reddere atque condecorare velint, ea, qua par est, obseruantia et humanitate oro rogoque. P.P. d. XXIV. IVL.

MDCCLXIX.



Lætus



Laetus conscendis cathedram, subsellia qui tam
 Triuisti follers, docte KRÜNZIADE.
 Quaesisti studio doctrinam, fama sequetur,
 Ipsaque Apollinei gratia lausque chori
 Adplaudunt, queis nosse datum est praegrandia mentis
 Munera, et ingenii praemia clara *Tui*.
 Me, credas, haec ipsa uocant; sed fortius urget
 Cum uero pulchri non temeratus amor.
 Et quod GESNERVS, nomen uenerabile nobis,
 Et quod BEHRENDVS *Te* mihi tradiderint.
 Quos *Tibi* post alios uirtus et nobilis ardor
 Nouerat eximios conciliare uiros.
 Viuant bina diu lectissima corcula Phoebi,
 Viuant fortuna uelificante sibi!
Te quoque supremum iubeat florescere Numen,
 (Sic meus optat amor, docte KRÜNZIADE!)
 Vt *Tua* sit multis ars et doctrina saluti,
 Nominis et cari gloria summa *Tui*.

*Praenobilissimo doctissimoque Candidato summos
 in Medicina honores gratulatur*
 IO. LVDOVICVS VHLIVS, D.
 Iur. publ. Prof. publ. ordinar. Facultat. iurid.
 Adessor, Sereniss. Marchionis Bran-
 denburg. Onoldini a Consiliis.



NOBILISSIMO AC DOCTISSIMO
 DOMINO
 IOANNI GEORGIO KRŪNITZ,
 MEDICINAE CANDIDATO DIGNISSIMO,
 S. P. D.
 IOANNES FRIDERICVS POLAC, D.
 PROF. P. O.

Quod artis salutaris Doctores, de casto et ordinato veneris usu, et inde magna ex parte pendente corporis humani fanitate, tot inuidiis argumentis comprobarunt; illud iam antiquitus prudentes legum latores, seueriori adeo legum disciplina ciuibus suis iniungere ac imperare saluberrime instituerunt. LYCVRGVS, celebris ille et sapiens legis conditor, quum inter alia cerneret, a plurimis festinari nimis ad hos veneris congressus, non quidem, vt testatum de eo reliquit PLVTARCHVS, certos finiuit annos, sed tamen non nisi robustas et grandes virgines, et sic pariter iuuenes elocari voluit, hac addita legis ratione, quod properata venus robori ac maturitati liberorum aequae, ac ipsorum parentum valde officiat; neque dissimiles videntur mores veterum Germanorum, et quae TACITVS de eorum fera venere, eoque inexhausta pubertate adducit, quippe apud quos eadem iuuenta, similis proceritas, pares validique miscbantur, ac liberi robora parentum referre solebant. Et AVGVSTVS, praeuidens, quanta damna metuenda, et quae ruina ac pestis immineret Romae, quod misti feminis mares, aetatis tenerae maioribus, discrimen omne pudoris exstinguendo, supra promiscua et adulteria committerent, lege Papia Poppaea ciues suos adulteriis ac vagae veneri aduetos, praemiis et poenis ad ducendas vxores adegit. Quibus omnibus si vel solae rationes accedant, quas Tu, doctissime Domine Candidate, in hoc pereximio eruditionis TVAE specimine tam solide euincis, venerabile sane nomen honosque semper manebit matrimonio; quod, quemadmodum in arte medica a TE multorum morborum, ita in

I

ipfa



ipsa republica, ad cuius vtilitatem haec quoque bona referimus, multorum morborum merito appellabitur remedium. Maeste itaque virtute, qua incoepisti, clarissime Domine Candidate, et qui dudum intellexisti, quam pulchrum sit, quam proficuum, optimas solidioris philosophiae ac matheos doctrinas ab incomparabili studio medico numquam seiungere; ita perge in hoc laudabili cursu, nunc maxime, cum TIBI Hygaea lauros nectit, quibus condecoratus, salutem eorum, qui se fidei T V A E ac curae committunt, eo confidentius promouere poteris. Obtingat TIBI suo tempore matrimonium, cuius in hac doctissima Dissertatione tam insignis praeco fuisti, exoptabile et omnibus numeris absolutum, cui se ipsa fortuna, vt inseparabilis comes ac coniunx adsociet; haecque vltimo accipe propensae meae in T E voluntatis pignora, et vale.

EXPERIENTISSIMO, NOBILISSIMO,

DOCTISSIMO CANDIDATO,

S. D. P.

ALEXANDER GOTTLIEB BAUMGARTEN.

Patriam, vti primam, ita nunc eruditam alteram, communem habemus, Candidate dignissime. Philosophati sumus vna. Vna habitauimus. Iam scribis publice, quibus vtile dulci miscuas. Iam expedis arma, quibus scripta tuearis. Sub nullius vmbone latebis. Audacter prouoca. Vinces. Habebis lauream. Nec eam Tecum feres in loca distita propediem. Delectat vrbs, regio, nostri homines. Manebis apud nos. Quibus omnibus ego non commouerer in vota pro rebus *Tuis* adeo solemni tempore, quod studiorum quidem praeparantium *Tibi* finem, sed & initium, eo lautius percipiendorum ex iisdem, fructuum afferet? Vt omnibus placeas, nec optare *Tibi* quidem audeo. Sereni vultus, humanus, affabilis esto. Nescio quid inconcinni poscent a *Te* fidenter bene multi. Vel vni quicquam denega. Non huic solium, sed & aliis falsus, simulator, male fidus eris. Contrahe frontem. Videtur difficilis ac *μισανθρωπος*. Plurimos a *Te* fugabis

bis. Prodesto nonnullis. Non alii solum, sed horum etiam plures, fausto cuidam fideri potius, quam *Tuae* beneficium imputabunt morositati. Eris his superbus, illis avarus, ferreus omnibus. Medium elige, si potes. Prae *Te* fer adia *Φοριαν*, summum scepticis bonum, & ambiguum frigus. Erunt, qui *Te* aliquid monstri tacitum alere, erunt, qui ineptum & merum phlegma, erunt, qui stoicum simulantem & statuarum imitatore[m] iudicent. I nunc, & quartum viuendi modum excogita. Vtiliter eiusmodi vitae, sicuti viuitur, prognosticon meditatur, in maioribus eiusdem periodis maxime, ne, similia quando eintingunt imprudentibus, eo pronius ab hoc, quem cuique debemus, fauoris amicitiaeque gradu deterreamur. Quid enim est beate viuere, si hoc non est, DEum imitari, amare ingenium, virtutem amplecti, non male valere sua culpa, bene velle, non bonis solum omnibus, sed illi simul, quod in malis est boni, tunc etiam, quando placere quibusdam ex vrisque fortuna non concesserit? Quid Philosophus *Tibi* potero precari prius? quid antiquius? Vnum addam, ex sincera gratulantium formula, prosperos consiliorum laudabilium euentus & sortem ex asse dexteritati *Tuae* respondentem. Vale. Dabam Traiecti cis Viadrum, a. d. XV. Iul. cIo cI cc xxxviii.

AD

NOBILISSIMVM ET CLARISSIMVM
DOMINVM
IOANNEM GEORGIVM KRÜNITZ,
PRO GRADV DOCTORIS
PVBLICE DISPVTATVRVM.

Ad sua quem semper praelustria templa Minerua
Et celeri et tuto viderat ire gradu:
Hunc ornat meritis, meriti haud ignara, corollis;
Huic artis proprium nomen Hygea dicat.

I 2

Serta,



Serta, agedum, ac nomen, *dulcis mea cura*, capeffe,
 Ipse dabis fertis nominibusque decus.
 Quae Leina et Viadrus laudabant, ausa sciendi
 Proficua exhibeas millibus atque *Tibi*.
 Namque iuuet vitam studium. Studii vnica laus est,
 Et didicisse aliis, et didicisse sibi.

Scr.

CHRISTIANVS ERNESTVS SIMONETTI,

Confil. Ecclesiast. P. et P.



NOBILISSIMO ATQVE DOCTISSIMO
 DOMINO CANDIDATO
 S. P. D.

ERNESTVS EPHRAIMVS EBERTI, D.

PHYS. PROV. REG. ET SER. DVC.

WÜRTEMB. OELS. CONSILIAR.

Qua *Te* vero laude dignum censeam, amicorum suauissime, qui
 emenso scientiae salutaris tanta cum industria studio, tam
 eximium profectuum *Tuorum* edere iam suscipis specimen, quod
 non sine maximo omnium, qui, quid aera dissent lupinis, diudi-
 care sciunt, adplausu in publicum iam produces. Et quid aliud
 expectari poterat a *Te*, qui a primis inde studiorum initiis nil
 prius habuisti, nihilque antiquius, quam vt fundamentis rite
 praeparatis ea superstruas, quae valetudini, dum adhuc integra,
 conferuandae, & si quando morbis labefacta, in integrum resti-
 tuendae, conducere aliquando possint. Non enim illotis, quod
 aiunt, manibus ad ea *Te* tractanda adcinxisti, quae tantam sibi con-
 scientiae partem vindicant, sed potius tam insolita prouidisti cu-
 ra, vt ne cruda quondam studia in forum protrudas medicum, vt
 mirari

mirari nequiquam debeamus, si exitus tam gloriosa ratione acta iam probet. Testantur illud praeclara Doctorum, a quorum ore pependisti haecenus, suffragia, e quibus vel vnum istud *Te HAL- LERO*, at quanto viro! duce profecisse, desiderantibus sufficere potest. Testatur alma nostra Viadrina, quae tanto magis sibi gratulatur *Te* per integri fere biennii decursum alumno gratissimo, quanto meliori cum successu in *Te* perpoliendo suam conferre symbolam valuit. Huius vero ecquod illustrius esse possit argumentum, quam quod tractandum *Tibi* elegisti thema, rarum certe & inexpectatum. Intelligebas optime, quam innumera in patentissimo medicinae campo vndique sponte se exhibeant, fructu pariter ac iucunditate nequiquam profecto caritura: at vero nec ignorabas, quum vel iam abunde partim & multoties euoluta, vel minori cura superanda videantur, vix aliquod tam delicato seculi nostri satisfacturum fastidio. Maeste itaque *Tua* virtute, Amice doctissime, cui hos ipsos euitare scopulos tam feliciter contigit! maeste, inquam, qui coniugalis foederis delicias remediorum tam acute inferis numero. Quam ob rem non possum non, quin *Tibi* ex animo gratuler, de decurso vitae academicae curriculo, de honoribus iam dudum promeritis, de tam exaffecto, quo vtrique placiturum sexui non abs re auguror, specimine, certoque spero, *Te* digna huius proemia summa cum laude ac voluptate laturum. Faxit Deus T. O. M. vt porro fortunam in omnibus *Tuis* conatibus fautricem inuenias, & haec ipsa, cui dedicatum *Temet* scimus, ciuitas *Te* diu gaudeat sospite; id quod votis omnibus etiam etiamque *Tibi* adprecor, meque *Tuae* amicitiae de meliori nota commendo. Vale. Dabam Francofurti ad Viadrum. Die X. ante Cal. Augusti, clb. d. c. c. XLIX.



VIRO PRAENOBILISSIMO,
 SALVTARIS SCIENTIAE CONSVLTISSIMO, OMNIS-
 QVE MELIORIS DOCTRINAE INTELLI-
 GENTISSIMO AESTVMATORI,
 IOANNI GEORGIO KRÜNITZ,
 S P. D.
 M. G. CHRISTGAV,
 SCH. VIADR. RECTOR.

Quum paucis ante diebus auditiunculam de instituto *Tuo* acce-
 pisset, VIR PRAENOBILISSIME, fore, vt propediem
 supremos in medicinae studiis, ad quae adhuc pari cum industria
 et fructu incubuisti, honores academicos capesses, subit ani-
 mum veteris necessitudinis, quam parum decere arbitrabar, eum
 diem *Tuum* silendo et quasi dissimulando transmittere. Cogi-
 tanti autem, quo potissimum pacto partibus defungi liceret de-
 bitis, in hoc praesertim nundinantium concursu, hominum fori-
 que strepitu ad ipsa musea pertingente, in mentem venit poëti-
 cae facultatis, quam in *Te* suspiciunt, qui *Te* norunt, vniuersi.
 Quid quaeris? Illico mirari coepi, quid sit, quam ob rem et poë-
 tarum latinorum rex despiciatus habuerit medicinam, et medico-
 rum filii tam praeclare tamen de illa disciplina, cuius ille prin-
 cipatum tenet, mereantur. Vtraque res videbatur mihi nec co-
 gnitione liberali, nec personis nostris indigna; eaque tamen ita
 comparata, vt intra epistolae familiaris pomoeria disputari com-
 mode possit. Age igitur, de Virgilio paucis constituamus.
 Sunt, qui eum perquam exigue de medicis existimasse perhi-
 bent, quod Japiden, castrensem Aeneae medicum inducat, cete-
 ras artes apollineas, diuinatricem, muscen et iaculatoriam, li-
 beraliter sibi a Cynthio concessas, magno animo recusantem, eam
 autem sibi vnice praeoptantem, quae afflictiis morbo corporibus
 salubritatem promittit.

Ille,

*Ille, ut depositi proferret fata parentis
Scire potestates herbarum, usumque medendi
Maluit. (a)*

Quibus dictis superaddit poeta, quid sibi de illo Japidis consilio videatur, quando hoc quasi epiphonemate institutam narrationem claudit:

--- et mutas agitare inglorius artes.

Heic aiunt duplici viros medicae doctrinae peritissimos onerari contumelia, quippe qui ex sensu Maronis et *mutam* tantummodo artem exercent, et eam *ingloriam*, id est, ut ipsi interpretantur, contemnendam. Profecto, si id agit Virgilius, ut medicos doctos et solertes, valetudinis firmas, qua sine vitae omnis fruitio et usura lucis acerba est, quasi quosdam tutelares genios, in ordinem redigat, iisque status controuersiam moueat, nec sibi ille sapit, nec mecum facit, nec aequo ioue, quod ille ait, iudicat. Dissident etiam cum eo atque discordant, quidquid sanorum hominum et iusta lance omnia ponderantium in terrarum orbe est. Hi viros eos, qui vires nobis factas et incolumes conferuant, inclinatas erigunt, fractas restitunt, morbos ingruentes arcant, cum maxime incumbentes propellunt, nesciunt sane, quibus laudibus esserant, quibus studiis prosequantur, qua beneuolentia complectantur. (b) Sed salua res est; respiremus; in vado Virgilii existimatio. Nee ea animi malignitas, nec is stupor ingenii talem cadere in virum potest. Rursus vero, qui hoc illi vitio et culpa dant, in ipso limine videntur offendere, et, quum capiti mederi debeant, reduuiam curare. Fundus enim interpretationis versus nouissimi in extremis verbis praecedentis est, in quibus *usum medendi* non nisi de *χαριστηριων* accipi oportet. Hac enim sola tum Aeneae opus fuit, quando ille non cum morbo quodam conflictatus, sed

Ecce viro stridens alis allepsa sagitta est. (c)

Haec

(a) *Aeneid. lib. XII. v. 3.*

(b) vid. HENR. LAMPII *Diff. historico-iurid. de Honore, priuilegiis et iuribus singularibus medicorum.*

Groening. 1736. 8. CHRIST. WOLLI *Diff. de Honoribus medicorum apud veteres. Lips. 1732. 4.*

(c) l. c. vers. 319.



Haec sola etiam iis temporibus cognita fuit inter mortales et exercita. Belle CELSVS (d) Tuus, vti omnia: Podalirium et Machaona, Homerus non in pestilentia, neque in variis generibus morborum aliquid attulisse auxilii, sed vulneribus tantummodo ferro et medicamentis mederi solitos esse proposuit. Ex quo adparet, has partes medicinae solas ab his esse tentatas, easque esse vetustissimas. Hanc igitur artem, quae manu curat, vnde ipsum nomen traxit, si Virgilius per se mutam dixisset, si ingloriam non video, quo iure illi dica scriberetur, si ipsi vel hac nostra memoria scribere contigisset. Quot sunt enim in tanta multitudine eorum, qui chirurgiae se tenere artem profitentur, vltra prima litterarum elementa progressi? Quot, qui a promiscuo artificum opificumque grege humanitatis disciplina animis excolendis se excerpant? Nec Tu, si a BINGERTIS, BONESSIIS, HENCKELIIS discesseris nostris.

--- numero vix sunt totidem, quot

Thebarum portae, vel diuitis ostia Nili.

Nunc Andinus vates nihil it derogatum arti, quae ad corporum laceratorum vel exulceratorum sanationem comparata est, sed tantum illi, ex opinione hominum, fortasse hac in re errantium, gloriae ac praedicationis competere, quantum iis Apollinis muneribus, quae paullo ante tetigerat, inficiatur. Et vere. Quis enim nescit, quantos hominum rumores de se excitent, si quis vel futurorum prudens vaticinari & fata hominibus dispensare ausit, vel si ad HAENDELYTALICIVS aut BACHII (e) laudes processerit, qui hodie non minore sunt in musicis gloria, quam olim Damon fuit aut Lampras; Si quis denique sagittandi tantam celeritatem & certitudinem vsu consequutus sit, vt a scopo nunquam deerret? Quae tamen omnia ex priscorum mortalium opinione potius, quam ex horum temporum moribus & consuetudine sunt metienda. Inprimis autem
poëta

(d) in praefationis propemodum limine.

(e) BACHIVM si quis minus viderit, qui nosse tamen virtutem viri incredibilem voluerit, eum ad

GESNERI mei descriptionem, graphice illius artes, sed arte non minore, depingentem amandaerim, in Comment. ad Quintil. Instit. orat. p. 62.

poëta *musicen* respicit, quam despectasse refert Japiden, sub eiusdem nomine *poëticam* comprehendit, nempe, quia carmini eam veteres coniungerent poëtae. Iidem enim antiquioribus temporibus musici erant ac poëtae. (f) Hinc est, quod Musa pro poëtica accipiatur apud Comicum. (g)

Repente ad studium hunc se applicasse musicum.

Et iterum alio loco: (h)

- - - - in medio omnibus

Palمام esse positam, qui artem tractant musicam.

Jam vero nemo tam est rerum ignarus, qui nesciat, poëtarum nationem gloriarum esse plenissimam, itaque animatam, ut, si versus alicui paullo proueniant laetius, & sibi statim, & quos vel verbulo semel tetigerit, promittat immortalitatem. Haec hereditas iis, qui nunc sunt, a maioribus obuenerit; hanc sequutura aetas a praesentibus capiet.

Quid petitur sacris, nisi tantum fama, pöetis?

Hoc votum nostri summa laboris habet. (i)

Merito igitur VIRGILIUS Chirurciam cum diuina poësi compositam dicere videtur ingloriam. Atqui eodem ex capite appellauit etiam *mutam*, collatione scilicet vsus earundem disciplinarum, de quibus iam iam commemorauimus. Quibus tamen addo medicinam clinicam puta illam & rationalem, quae Virgilitii aetate iam etiam apud Romanos, ab illa empiricorum inscitia verius quam arte seiuncta, & nominatim ab ANTONIO MUSA in celsissimum illustrissimumque locum euecta fuit. Etsi enim, quod iterum CELSVS recte sentit, *morbi non eloquentia, sed re-mediis curantur*; quin immo, ex Menandri dicto, *ιατρος αδόλεχος νοσεντι πάλιν νοσος medicus loquax morbum creabit alterum*: tamen bono medico eloquentiam magno praesidio & ornamento esse,

(f) vide VOSSIVM patrem *de Art. poët. nat. ac constitut. c. XIII. §. 7.* conf. filium ISAACVM *de poëmatum cantu*, haud procul ab initio.

(g) TERENCE. *Prol. Heautont. v. 23.*

(h) ID. *Prol. Phorm. v. 17.*

(i) OVID. *art. amat. III. v. 403.*

K



esse, dudum docti viri argumentando euicerunt. (k) Eloquentiam quam dico, non forensam illam vel cathedrariam postulo, quae contentione censetur, & in orationibus publicis regnat; sed intra familiares terminos inclusam, quae in conciliandis hominum animis plurimum valet, & in congressionibus priuatis dominatur. Quod si quis tamen vel illam, quam primo loco posui, cum scientia medica coniunxerit, tantum abesse credo, vt professione sua indignum facinus admittat, vt vel inde crescere medicus & nominis sui famam dissipare latissime possit. Et non enim CELSVS (l) HIPPOCRATEM *virum & arte & facundia insignem* dixit, & non quod medici dignitati consentaneum est de eo praedicauit. Ego enim hanc opinionem animo imbibi meo, primas esse medicae professionis partes, vt morbos qua potest cunque via, ex corporum adfectorum regionibus profliget & expellat. Sed idem tamen statuo & prae me fero, circumcisam eam & amputatam, sine apparatu, sine honore, ac pene etiam sine ingenuitate videri, nisi aliquod praesidium atque ornamentum ab facundiae ludo & disciplina litterarum accipiat. (m) Fac enim tibi ante oculos proponas medicum doctissimum, cubantis lectulo adsidentem, qui altissimo inuolutus silentio modo vrinariam langunculum versat, modo arteriae pulsus pendente manu explorat, modo verulae aurem attentam accommodat, multis sermonis sinuosi ambagibus morbi saeuitiam incusanti, tandem vero plus quam areopagitica vndique munitus taciturnitate, omisis verborum lenociniis, capitalem morbo sententiam non verbo, sed scripto & flexis ad arcanae speciem sapientiae ductibus, denuntiat. Nonne eum in Harpocratis plus, quam in Hippocratis schola profecisse deierabis? Nonne is magis & existimationi suae pariter & aegrorum consulet saluti, qui expositis morborum caussis, de remediis familiaris cum assistentibus consultat, qui suauis allocutionis medicamine modo deiectos animos alleuat, modo

(k) C. A. HEVMANNVS *Progr. de Eloquentia Medici*, Goett. 1731. SAL. RANISCH *Rede von dem Nutzen der Beredsamkeit bey dem Krankenberge*. Leipz. 1743. 4.

(l) loco citato.

(m) EL. FRID. HEISTERI *Orat. de Virilitate litterarum elegantiorum in medicina*, 1730. 4.




modo impatientius quiritantes ad animi aequitatem consolando reuocat, & pro cuiusque tempore & conditione orationis medicinam temperat? Priorem illum, quolibet thesauri fossore taciurniorem, vix iterum, semel dimissum, reuocabis; huic vero affabili ac diserto, ab omni tamen dicacitate alieno, summi, medioximi, imi seque salutemque suam committent. Haec de Virgilio haftenus. (n) Restaret, vt de Medicorum erga poësin meritis ex pacto differeremus. Verum, quum iam extra oleas vagata epistola sit; & longiorem esse tempus prohibeat, rumpamus heic filum, telam, quam orsi sumus, tum fortasse, si videbitur, quum non tam de matrimonii commoditatibus medicis, quam Krünitzianis, sermo erit, pertexturi. Jam vero non Hy-menaeum, sed Hygaeam cogitantes, honores academicos *Tibi* gratulamur summos, quos & luculenta Dissertatione *Tibi* ipse asseruisti, & gratiosa Almae Viadrinae Facultas, plaudente toto mufarum choro, solemnibus celebratis, *Tibi* contulit, iisque vt ad sempiterni Numinis gloriam, ciuium plurimorum salutem atque leuamentum, *Tuum* denique ipsius familiaeque decus & celebritatem diutissime perfruare, etiam atque etiam DEum rogo & obtestor. Scribeb. Francof. cis Viad. a. d. XIIX. Iulii, M DCC XLIX.


(n) Cui doctiora super hoc Virgiliano loco legere volupe est, eum auctores iusserim consulere, quos

DANIEL VINCK collaudat in *Amoenitat. philolol. medicis, p. 453. sqq.*





IN HONOREM
DOCTORIS ACADEMICI,
AVCTORI DISSERTATIONIS
DE
MATRIMONIO, MVLTORVM MOR-
BORVM REMEDIO,
COLLATVM.



Sunt mihi sintque diu, Regis tutela Deique,
Templa sacerdoti credita bina nouo.
Cura laborque duplex suadent obliuia Pindi,
Stat tamen in Musas illabefacta fides.
Iam subeunt vno collecti fasce libelli,
Et cantata meo nomina docta sono.
Iam veniunt vltro, nulloque vocante labore,
Ad numerum et modulus carmina prona suos.
Saepe ego: quis tandem studii modus? ane sacerdos:
Ludet? an ara feret carmina? Musa, vale!
Discere nunc prodest moribundae commoda plebi,
Mystica Teutonico, carmina, facta sono.
Si vacat a sacris animum deducere curis,
Vindicat ingenium villa segesque sibi.
Crescit auena mihi, meus horret arundine fundus:
Siluosa: sed erit neutra canora mihi.
Venali melius carmen meditabor auena,
Venalis cannae dulcior vsus erit.

Fit



Fit melior versus, iunctis ad aratra iuencis:
 Fusa placent tardos carmina pone boues.
 Cum ferrata terunt tenues dentalia fulcos,
 Pro lauro spondet spicea ferta Ceres.
 Caedere materiem, validos curare caballos,
 Detondere pecus, rura beare fimo:
 Oua sub alarum supponere tegmina, mulctris.
 Consulere et vitulis, pascere glande fues:
 Scrutari decimas, nitidam reuocare faginam,
 Et quodcumque docet rustica cura patres:
 Hoc opus aera refert: Sonus est iucundior aeris,
 Quam cantus oris, docta Thalia, tui.
 Non ita, Musa Lares nostros ingressa, colonis
 Par eris et Phoebum rure fugabis, ait.
 Non ita Pieridas, veteres damnabis amores:
 Solue datam nuper voce manuque fidem.
 Ecce *Tuum* nostrumque decus KRÜNITZIVS, ille
 Quem nosti, festa luce canendus adest.
 Carmen amicus amat, carmen sua cura meretur,
 Qua Phoebi solers vtraque sacra colit.
 Pellere sic febres atque, auxiliantia membris.
 Edificit iusto gramina ferre modo:
 Vt simul eloquio praestet, nec degener oris:
 Phœbeï medicae polluat artis opes.
 Barbariem contra seclî stat rectus vt olim,
 Cum duce. *Te* nostros coepit obire choros.
 Aoniasque bonis sociauit moribus artes,
 Vt numeris consent pectus et ora suis.
 Copula rara quidem, tanto sed pulchrior exstat,
 Quanto inter filices fidere gemma micat.
 Sensit deperitque simul tam nobile pignus
 Berlinæ sedis Palladiique gregis.



GESNERVS, superans doctissima nomina nomen,
 Sol Göttingensis, cura statorque meus,
 Qui velut obiecta deterruit vsque Medusa
 Infestos Musis, baibara corda, viros.
 Sensit, et exceptum (nihil est humanius ipso)
 Devinxit studiis ac pietate sibi.
 Sensit, KRÜNITZII quas spes industria monstret,
 Inque deas Pindi, quam sit honestus amor.
 Neue redux, Oderae doctas delatus ad oras,
 Pelleret hospitio numina docta suo:
 Aut sectatus opes, non et praecepta Galeni,
 Perderet in medica nobilitate locum.
 Aut nouus Acesias, quales sat in orbe vagantur
 Phoebeo, infirmos enecet ante diem,
 More patris monuit, munitaque pectora porro
 Tradidit VHILIADAE voce rogante suo.
 Huius in hospitio Musis et Apolline cinctus
 Non mouit pulcra de statione pedem.
 Sed pariter Medicis et Musis pectus et horas
 Diuisit grata, quod iuuat vsque, vice.
 Hunc vocat ex summo meritissima gloria monte,
 Destinat et lauris ambitiosa suis.
 Sed tamen ante sacros ponit certamen honores,
 Vt palmam forti vindicet inde manu.
 Ad spectata grauis dum tendit praemia pugnae,
 Omnia sunt decori prospera danda meo.
 Haecenus alta petens iniunxit iussa Thalia,
 Mandatis vates obsequiosus erit.
 Respice KRÜNITZII vultu pia vota sereno,
 Paruaque proluxa dona parata fide.
 Numiue scande *Tuo*, fausto pede, scande cathedram,
 Emicet ancipiti vis generosa loco.

Spiritus

Spiritus a palma proprio refumtus et arte,
 Tot curis emta, ferueat ore *Tuo*.
 Hic pudor est frustra: meriti fiducia vincit
 Stringentem plebis corda vel ora, metum.
 Eia age, rumpe globos hostiles, frange phalangas,
 Sit magno in campo maior imago *Tui*.
 Tela polum, non spem nitidam, non pectus obumbrent,
 Vincit vestigans vulnera certa vigor.
 Cum bene congressu victor discesseris acri,
 Et fauor et Liuor sit comes ipse *Tuus*.
 Hic *Te* monstrabit magnum, petit ardua Liuor:
 Ille bonum, sequitur candida corda fauor.
 Hoc unum, ne temne preces, orabo: Magistri
 Sit veteris posthaec mutua cura *Tibi*.
 Tam liber medicas KRÜNITZII visat Athenas
 Cum fulcro dubiae cura salutis eget:
 Quam Latii dotes Graiaque fideliter olim
 In medio iuuenum tradidit orbe scholas.
 Si bene quid meruit, poterit vel deinde mereri,
 Officii et studii nobile carpet iter.
 Sic sibi personam plaudet posuisse magistri,
 Discipulus pendens sospes ab ore *Tuo*.

ὡς τὰ χεῖρα καὶ ὡς μάλισα
 adplausit

IO. FRID. BEHRENDT.
 Ecclesiastes Walchouiensis.



Wie



Wie kostbar ist doch nicht der Schatz, den den Gesunden
 Die weise Vorsicht schenckt? Gesundheit, die belebt:
 Gesundheit nur allein. O Schatz! wer dich gefunden,
 Der irrt nicht, wenn er sich des grossen Glücks erhebt.
 Denn freylich, jede Art, wie man den Werth erkennet,
 Von der Vortreflichkeit, trifft bey dir völlig ein:
 So, wie man Waaren schätze, die man nur selten nennet,
 Weil sie nicht allezeit wo anzutreffen seyn.
 Wie Gold den Preis behält, weil nicht in allen Händen
 Sein Ueberfluß erscheint, und weil nicht jede Klust
 Den Staub davon enthält, und weil der Schwarm Elenden
 Nur diesen Abgott ehrt, nur ihn um Hülfe ruft;
 So bleibts fürwahr gewis: Gesundheit unter allen,
 Was sonst ein Mensch besitzt, behält den höchsten Preis.
 Wer die verlohren hat, dem kann nichts mehr gefallen,
 Was man zu seiner Lust sonst anzuwenden weiß.
 Ja, sage mir einmahl, wie es dann anzufangen,
 Wenn sich ein Hauptverlust in deinem Körper zeigt,
 Du sprichst: Der Docter hilft, zu dem nur hingegangen,
 Wie aber, wenn die Noth aufs allerhöchste steigt?
 Wie, wenn das Sünden Maas von dir nunmehr erfüllet,
 Und dein erzürnter Gott den Uebermuth bestrafet?
 Da weiß kein Aesculap, was Schmerz und Kranckheit stillet,
 Da ist nicht Salbe mehr, die eine Linderung schafft.
 Ach, würde dieses doch von vielen mehr geachtet,
 Wie würde Heppigkeit doch bey uns feltner seyn?
 Wie Wollust als ein nichts von allen ganz verachtet?
 Die rasend auf dem Leib mit Unmaas stürmen ein.
 Woher kommt Schwächlichkeit auch schon in jungen Jahren?
 Des Alters kurze Zeit, des Todes schneller Lauf,
 Der die schon übereilt, so gleich wohl tüchtig waren,
 An Luthens graue Zeit zu steigen hoch herauf?
 Woher in aller Welt rührt aller Kranckheit Schrecken,
 Davon der Väter Zeit auch nicht ein Wort gewußet?
 Soll diese FeuersBrunst nicht einen Feind entdecken,
 Den wir aus Unverständ gehegt zu unsrer Lust?
 Ein jeder giebt es zu, daß ein gerechtes Wesen
 Den Kreis der Welt regiert, und keinem auferlegt,

Wozu



Wozu nicht seine Schuld der nächste Grund gewesen,
 Er giebt es also zu, daß ihn dazu bewegt
 Morbonens Grausamkeit den schnellen Lauf zu lassen,
 Weil wir in Irthum sind von Sicherheit verblende,
 Und den geraden Weg zu der Gesundheit hassen,
 Die man nach Würdigkeit, wann sie verscherzt, erst kennt.
 Wie herrlich sind demnach nicht solche weisse Lehren,
 Dadurch in unserm Leib wir alles Ungemach,
 Den Brand, der ihn entzündt, doch glücklich können wehren;
 Ein Hörhaas lebet noch, ein jeder sagt ihm nach:
 Geseignet sey die Zeit, da schon ein Mann gewesen,
 In dessen Schriften sich nach aller Deutlichkeit
 Mit Grund, mit reifem Witz, mit Wahrheit läßt lesen,
 Wie jede Krankheit weicht, wie die Beschwerlichkeit,
 Damit aus Unverstand sich viele Menschen quälen,
 Weil sie den Blinden gleich, auch oft aus Eigenfinn,
 Aus Faulheit, Unvernunft, nur solche Wege wählen,
 Die sie, und andre mehr zum Abgrund führen hin.
 Ich hoff, Gelehrter Freund! es sey Dir nicht zuwider,
 Daß ich den Fleiß gelobt, den Deine Kunst erwähnt,
 Denn besser ist es ja, als, wenn nur schlechte Lieder
 Auf einem Blade stehn, davon der Grund oft fehlt,
 Und da es richtig ist: Glückselig sind die Stunden,
 Da Meditrine Dich in ihre Burg geführt,
 So wird für Dich mit Recht der Sieges-Kranz gebunden,
 Damit Hygäens Hand nur ächte Söhne ziert.
 Nimm also würdig hin dies erste Ehren-Zeichen,
 Genus der Tugend Frucht, genus des Fleißes Lohn,
 Gott laß Dich jederzeit der Curen Zweck erreichen,
 So wird die Kunst geehrt. So nährt die Kunst den Sohn.

Mit diesen wenigen zeigte seine Ergebenheit gegen
den Herrn Doctor,

Johann Peter Zänichen,
Der Philos. und freyen Künste Magister.



L

Im

Im Scherz und Ernste werd ichs wagen,
Nichts, als nur Folgen vorzutragen,
Aus dem, was Dir, Gelehrter Freund!
Vom Ehestand beliebt zu sagen. Man nehm es an, wie ichs gemeint.
Ißs wahr, daß bey dem Ehfands Wesen,
Die Kranken von sich selbst genesen,
Ach, hätte man sich doch bedacht,
Und nicht ein so bewährtes Mittel durch diese Schrift bekannt gemacht!
Wo wird man Patienten finden?
Wer Krankheit fahlt, wird sich verbinden,
Wenn er die erste Regung spührt.
Ist dis der Facultät zum Nutzen, die dich in ihren Tempel führt?
Ißs wahr, daß unter Ehfands Küssen
Viel Maladien weichen müssen.
Wohlan! besteige bald die Bahn!
Die liebe Lust gesund zu bleiben fängt doch wohl von sich selbst an?
Ißs wahr, daß aus Genuß der Ehe
Gesundes, muntres Blut entfließt;
Fürwahr, so ist die halbe Welt,
(Denn, wie viel müssen ledig bleiben!) in diesem Stücke schlecht bestellt.
Ach Jungfern! Euch muß man bedauern!
Wie viele müssen ängstlich lauren;
Was Wunder, wenn ihr Kränkeln geht,
Weil dis Recept euch zu verschreiben, nur bloß bey denen Männern steht!
Ißs wahr, daß, Krankheit zu vertreiben,
Es nöthig ist, sich zu beweiben;
So sündigen die insgemein,
Die durch Verbot erlaubter Ehen sehr vieles Unheils Ursprung sehn.
Es ist nichts löblicheres zu nennen,
Als so von Menschenliebe brennen,
Daß man, wie man vom Dupleir (*) ließt;
Des Ehfandes armer Schönen, Vermittler und Beförderer ist.
Ist nun Dein Rath so gut den Kranken;
So wird es Dir die Welt verdanken,
Daß Du, da Du zu Ehren steigst,
Mit Nachsaz alles Eigennuzens den Weg gesund zu werden zeigst.

Mit diesem empfiehlt sich dem Wohlwollen des
Herrn Autoris,

Heinrich August Wildenhayn,

Ober-Baccalaureus der Stadt-Schule.

(*) Siehe Berlinische Nachr. von Staats- und gelehrten Sachen, No. 64. dieses
Jahres. unter dem Titul: Paris.

Der



Der Lohn, den Dir Hygea reichet,
Reizt mich auch heut zum Dichten an:
Wenn gleich mein Vers nicht solchen gleichet,
Womit ein Dichter singen kann;
So sucht es doch mein Rohr zu wagen,
So matt und schlecht es gleichwohl spielt,
Dir mein Vergnügen vorzutragen,
Das meine treue Brust igt fühl.

Die Freundschaft lässet mich nicht schweigen,
Die unsre Herzen stets verbindet:
Sie will Dir ihre Triebe zeigen,
Die sie an diesem Tag empfindt:
Den Tag soll auch ihr Lieb begrüßen,
Der Deinen grossen Fleiß belohnt,
Und recht die Freude zu genießen,
Die jetzt in meinem Herzen wohnt.

Beglückt, wenn so von Meditriaen,
Wie Dir, der Doctorhut gebührt;
Du suchtest ihn erst zu verdienen,
Weil er alsdann mit Ruhme ziert.
Nicht Fleiß, noch Zeit ließt Du verschwinden,
In ihrer Kunst geschickt zu seyn,
Du drangst, um sie recht zu ergründen,
In ihrem innersten hinein.

Mein, Dein eifriges Bemühen
Ward nicht von ihrer Kunst umgränzt,
Dem heitren Lichte nachzuziehen,
Das um den Wissenschaften glänzt:
Du sahst, wie die freyen Künste
Ein schwesternliches Band vereint,
Das tragen blos ein Hirnspinne
Aus jenem Reich der Wünsche scheint.


Dacht!




Doch! ist's erlaubt, Dich hier zu loben?
 Ich weiß, daß dis nicht nöthig ist,
 Du zeigest heut durch bündge Proben,
 Daß Du des Hutes würdig bist.
 So wachse dann an Wonn und Glücke,
 So wie Dein Wissen sich vermehrt,
 So fehlt Dir nichts in keinem Stücke,
 Was zum stets blühnden Wohl gehört.

Hiermit besinget aus wahrer Freundschafts-Pflicht, die dem
 Hoch-Ehrlen und Hochgelahrten Herrn Krüniz, rühm-
 lichst ertheilte Doctor-Würde, Desselben treu-ergeben-
 ster Freund,

J. F. L.







01 A 6596

ULB Halle


3

002 932 504



non





19.

DISSERTATIO INAUGURALIS
 MÉDICA
 DE
MATRIMONIO
 MVLTORVM MORBORVM
 REMEDIO

GRATIO
 GRA
 SVMMISQV
 IVRIBVS
 PVBL
 IOANNES
 AD. D.
 TRAI
 PRELO IOAN

